

Ա Ա Ց Ե Ե Յ Ե Ե  
Ց Ե Ե Ե Ց Ե Ե Ե  
Ե Ե Ե Պ Պ Պ Պ  
Պ Պ Լ Պ Լ Պ Պ

1-35 130.00  
Over

$$x^{\frac{1}{2}} \cdot x^{\frac{1}{2}} = x^{\frac{1}{2} + \frac{1}{2}} = x^1$$

۱۷۰۹۱۲ روزه پنجم

~~Películas~~

Caja C-109

~~343 P 52~~

BIBLIOTECA DE LA  
CASA DEL CHAPAL

Sal:

XVIII

Tabla:

3

Núm.:

2

ROBERTI  
**BELLARMINI**  
POLITIANI, E SOCIETATE IESV,  
S.R.E. PRESBYTERI CARDINALIS

*Institutiones linguae Hebraicae.*

Eiusdem exercitatio in Psalmum xxxiv.

Vnâcum SIMEONIS MVISI, Aurelianensis;  
Hebrearum literarum in Academia Parisiensi  
Regij Professoris annotationibus.

Accedet SYLVA RADICVM, autore I.B.M.  
è Societate IESV.

*Omnia per eundem MVISIVM recognita.*




PARISIIS,  
Apud IOANNEM LIBERT, via T. Ioani.  
Lateran. è regione Colleg. Cameracensis.

---

M. DC. XXII.

CVM PRIVILEGIO REGIS.





ILLVSTRISSIMO PRINCIPI

FRANCISCO  
DE LA ROCHE FOUCAVLT,  
S.R.E. CARDINALI, SYLVA-  
nectensium Episcopo, magno  
Franciæ Eleemosynario, &c.

**E**T si me cùm alia causè,  
Princeps et Cardinalis Illu-  
strissime, annum iam inter-  
pretantem diuinum Psalmorum li-  
brum, et ad tertium et septuagesimum  
vsque progressum, ab aliquo: mensibus  
Schole stationem deserere coegerunt, tum  
principiè aduersa  propemodum mi-  
a ij

sera valetudo legitimum mihi requies-  
cendi otium concedere visa est , nihilomi-  
nus non putavi Regio Professori interea  
temporis omnino licere esse otiosum . Sta-  
tueram igitur Rabbi Dauidis Kimchij  
Hebraorum interpretum meo iudicio  
Principis in Psalmorum librum com-  
mentarios iamdudum à me tentatos , in-  
choatosque in Latinum sermonem con-  
uertere ; cùm ecce bibliopolæ suum mihi de  
excudendis Illustriſſimi Card. B E L-  
L A R M I N I Hebraicis institutionibus  
consilium aperiunt . Quod quam proba-  
uerim , qui illis antea , ut id facerent , diu  
hortator fueram , ipsi mihi testes sunt .  
Videbam enim illas , si rite excuderentur ,  
Hebreæ linguae studiosis multùm utili-  
tatis allaturas : audiebamque ipsum

Card. BELLARMINVM, cui exemplar Geneuense in emendatum displice-  
ret, ut alibi potius terrarum, ac præsertim  
Lutetiae, typis mandarentur, et, si necesse  
esset, notis illustrarentur, summis votis  
sape exceptasse; idque literis ad Reverend.  
Patrem Sirmondum scriptis non multò  
ante mortem significasse. Obtemperatum  
tandem est tanti hominis desiderio, et  
magni viri nō paruum, si utilitas specte-  
tur, opusculum, Lutetiae castigatiū exa-  
ratum, & aliquot meis annotationibus  
auctum prodit: quod tibi, Princeps Illu-  
striſime, hac potissimum ratione offero,  
quoniam certò mihi persuadeo, nullum  
tibigratius munus posse contingere, quam  
MAGNI BELLARMINI amici  
sui vel minimum opusculum: quod si à  
ā iij

me non placet, solo Autoris nomine placere debet. Vale, Princeps et Card. fl-  
lustriſſime, et viue diu fælix Christi Ec-  
clesia, et Regno Gallico. Lutetiae pridie  
Cal. Maias, anno M. DC. XXII.

Tuæ Celsitudini addictissimus,  
atque humillimus cliens  
S. DE MVIS.

JLL<sup>MI</sup>. CARD. BELLARMINI

AD LECTOREM ADMONITIO.


**A**s nostras Institutiones ad eam rationem ac viam redigere conati sumus, ut etiam sine Præceptore unusquisque perfectam cognitionem, certè initia & rudimenta percipere posset. Porrò vbi cumque repereris aliqua minutioribus litteris impressa, scito ea cum minùs necessaria, tum magis difficultia esse, quam ut à tyronibus initio legi oporteat: quæ tamen, cæteris antea perlectis, sine labore villo intelligen-  
tut.

S. D. N.

D. PAVL I DIVINA  
PROVIDENTIA  
Papæ Quinti

CONSTITVTIO

De Magistris Linguarum Hebraicæ , Græ-  
cæ , Latinæ , & Arabicæ à Regularibus  
in suis studijs habendis.



# PAVLVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM

D E I.

**A**D perpetuam rei memoriam, Aposto-  
licæ seruitutis onere infirmitati no-  
stræ à Domino inscrutabili consilio  
eius imposito, assiduè admonemur, sa-  
pientibus, & insipientibus constitutos nos esse de-  
bitores; ut scilicet per ministerium nostri Aposto-  
latus, qui sapiunt, quod S. docet Bernardus, non  
desipiant, qui non sapiunt, sapiant, & qui desipue-  
runt, resipiscant: quibus verbis instrui nos satis per-  
spicimus, ut fideles in fide & charitate conseruare,  
infideles ab infidelitatis tenebris educere, & hæ-  
reticos, ac peccatores à peruersitate erroris, ac ser-  
uitute peccati liberare aspirante gratia D E I, à  
quo omnis sapientia, pastorali solicitudine procu-  
remus. Cùm verò præceptum Domini lucidum il-  
luminet oculos, ac testimonium eius fidele sapien-  
tiam præstet paruulis, omni vigilantia procurare  
debemus, ut Prædicatores, & Doctores verbi  
D E I ad opus D E I operandum instructi red-

dantur in dies magis, & partes suas, quantum cum  
Domino fieri potest, ad gloriam eius & utilitatem  
animatorum quotidie melius, & felicius adimpleant.  
Cui rei plurimum conducere satis constat Lin-  
guarum cognitionem, Hebraicæ præsertim, Græ-  
cæ, Latinæ, & Arabicæ: hæc enim conuersioni In-  
fidelium oportunissima esse dignoscitur, quando  
magna eorum pars aut Arabicè loquitur, aut in-  
telligit: ac si vñquam reliquarum trium Lingua-  
rum notitia in Ecclesia D E I utilis fuit, diebus  
nostris profectò utilissima est: hostis enim humani  
generis Linguarum scientia singulari dono D E I  
hominibus tradita ad ipsius Largitoris contume-  
liam, & fidei suæ Catholicæ detrimentum, nunc  
ut cum maximè abutitur. Quamobrem fe. rec.  
Clementis Papæ V. Prædecessoris nostri, quan-  
tum conditio temporis patitur, vestigijs insisten-  
tes, motu proprio, & ex certa scientia, maturaque  
deliberatione nostris, deq; Apostolicæ nobis at-  
tributæ potestatis plenitudine, hac nostra perpe-  
tuò valitura Constitutione sancimus, statuimus,  
& ordinamus, vt in cuiuscunque Ordinis, & insti-  
tuti Regularium, tam mendicantium, quam non  
mendicantium, etiam quomodolibet exempto-  
rum, & Apostolicæ Sedi immediate subiectorum,  
studijs omnibus trium Linguarum huiusmodi,  
Hebraicæ videlicet, Græcæ & Latinæ, in maio-  
ribus verò, ac celebrioribus etiam Arabicæ, Do-

ctorcs, Regulares quidem, & eiusdem Ordinis, si  
in illo harum Linguarum sufficientem notitiam  
habentes sint, sin minus, seculares, aut alterius  
Ordinis Regulares, qui illas actu, & diligenter do-  
ceant, habeantur, si studia in Vrbibus, & locis exi-  
stunt, vbi Linguarum prædictarum peritos con-  
ducendi facultas est: studijs verò Locorum, vbi  
huiusmodi Doctores desunt, cùm primùm in alijs  
studijs vbi Linguæ huiusmodi docebuntur, Scho-  
lares tantùm profecerint, vt docendis alijs idonei  
sint, de ijsdē Scholaribus prouideatur. Quod, vt  
citiùs & faciliùs fieri possit, & sperati fructus ex  
Linguarum huiusmodi studio appareant, omni-  
bus & singulis Regularium Superioribus sub in-  
dignationis nostræ pœna eadem auctoritate, te-  
nore præsentium præcipimus, & mandamus, & si  
ipsi negligentes fuerint, eorumdem ordinum Re-  
gularium apud Nos, & Sedem Apostolicam Pro-  
tectoribus iniungimus, eorum conscientias desu-  
per onerantes, vt omni cura, & sollicitudine quan-  
tò citiùs prouideant, vt Scholæ Linguarum hu-  
iusmodi quamprimum instituantur, ac Doctores  
prædicti deputentur, earumdemq; Linguarum  
Lectionibus Scholares assignentur, qui illis sedu-  
lam, & assiduam operam nauent. Hi verò Schola-  
res vt alacriùs huic studio incumbant, volumus &  
decernimus, vt in promotione ad Doctoratus gra-  
dus, & ad alios sui ordinis honores illi, ceteris pari-

bus, præferantur, qui in cognitione trium saltem  
Linguarum prædictarum profecerint, ita ut ad  
illas docendas apti sint. Non obstant. Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac quibus-  
uis statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoq; ,  
indultis & litteris Apostolicis quibusuis Vniuersi-  
tatibus, illarumq; Rectoribus, ac ordinibus prædi-  
& tis, illorum Superioribus, & personis, sub quibus-  
cunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis  
etiam derogatoriарum derogatorijs, aliisq; effic-  
cioribus, & insolitis clausulis ac irritantibus, &  
alijs decretis in genere, vel in specie ac alias in cō-  
trarium præmissorum quomodolibet concessis,  
confirmatis, & innouatis: Quibus omnibus, & sin-  
gulis eorum omnium, & singulorum tenores præ-  
sentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & ad  
verbum insertis habentes, hac vice duntaxat spe-  
cialiter, & expressè derogamus, ceterisque con-  
trariis quibuscunque. Nulli ergò omnino homi-  
num liceat hanc paginam nostrorum Sanctionis,  
statuti, ordinationis, præcepti, mādati, iniunctionis,  
operationis, voluntatis, decreti, & derogatio-  
nis infringere, vel ei ausu temerario contraire ; fi  
quis autem hoc attentare præsumperit, indigna-  
tionem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri,  
& Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursu-  
rum. Dat. Romæ apud Sanctum Marcum pridie  
Kal. Augusti, anno Incarnationis Dominicæ

M. D C. X. Pontificatus Nostri Anno Sexto.

M. Card. Nazarenus Prodat.

S. Cobellutius.

S. de Vrfinis.

Registrata apud Scipionem Secretarium.

Anno à Natiuitate D. N. Iesu Christi 1610. Indict.  
8. Pontif. S. D. N. D. Pauli diuina prouidentia Papæ  
Quinti, Anno eius Sexto, die verò 28. mensis Septem-  
bris, retroscriptæ litteræ Apostolicæ affixæ, & public.  
fuerunt ad valvas Cam. Apost. & in Acie Campi Flo-  
ra per nos Bernabeum Politum, & Brandimartem La-  
tinum S. D. N. Papæ cursores, &c.

Virginia de Virginij Mag. Curſ.

A D  
ILLVSTRISS. AC REVERENDISS.  
CARD: BELLARMINI HEBRAICAS  
institutiones à V. C. SIMEONE MVisio,  
Sacrarum literarum Profess. Reg. illustratas  
FEDERICI MORELLI Prof. Reg.  
Eidem Choriambicum.

**I**NGVÆ vetustæ notitiam assequi  
Magno Platoni votum erat optimum;  
Atque id fatetur non semel in libris:  
Vocum Atticarum vera Etyma ut daret.  
Compos fuisset nunc studij illius,  
Ad nos pateret si reditus, Plato.  
Nempe hoc potitus codice hebräico  
Bellarmine Grammaticæ via  
Quæ perbreui omnem linguam aperit Sacram,  
Gaza SIMONIS MVisii addita.

IN ILL<sup>MI</sup>. CARD. BELLARMINI  
GRAMMATICAM HEBRAICAM  
V. C. SIMEONIS MVISII R. P.  
operâ recognitam, illustratam, locupletatam.

**A**UDIERAS sacræ Doctor verissime  
linguæ  
Scripta piè impuro contemerata lacu:  
Dixisti moriens; utinam mihi fraudis auaræ  
Ultorem fato det meliore Deus.  
Magne Pater Tyrio nuper spectabilis ostro,  
Postmodò siderea factus in arce potens,  
Ecce bonas vindex urgere M V S I V S artes,  
Atque ire ingenij per monumenta tui:  
Qui dum synceris recoquit fornacibus aurum,  
Gemmarumque addit, non sine laude, decus:  
Manibus egregiis meritos cùm reddit honores,  
Pectora doctrinæ tum studiosa iuuat.

IOANNES GRANGERIVS  
Reg. Prof. eloquentiæ.

---

---

**SVMMA PRIVILEGII REGIS  
Christianissimi.**

**L**UDOVICI XIII. Franciæ & Nauarræ Re-  
gis Christianissimi authoritate concessum est  
**IOANNI LIBERT ET SEBASTIANO**  
**C RAMOISY**, Bibliopolis Parisiensibus iuratis,  
typis mandare & venalem habere librum, qui in-  
scribitur ROBERTI BELLARMINI, Poli-  
tiani, è Societate Iesu, S.R.E. Presbyteri Card. Inſtitu-  
tiones linguae Hebraicæ, &c. vnâ cum SIMEONIS  
DE MVIS Professoris Regij annotationibus: & SYL-  
VA RADICVM, &c. aliisque cuiuscumque con-  
ditionis interdictum est intra sexennium, vt am-  
plius patet in diplomate regio, dato Parisijs 18.  
Martij, 1622.

Sic signato

RENOVAR.D:



# INSTITUTIONVM LINGVÆ HEBRAICÆ PARS PRIMA.

---

## CAPVT I.

### DE LITERIS.

**L**ITERÆ Hebræorum, quas ipsi וְתִנְחַזֵּק Othijoth appellant, omnes sunt Consonantes. Earum numerum & ordinem, qui ex Threnis Hieremiacæ, aliisque similibus Alphabeticis locis colligitur, nec non figuræ, nomina, & ipsorum nominum significationem, denique potestatem siue sonum ipsarum, & quorum numerorum notæ sint, subiecta Tabella indicabit.

A

## 2 DE LITERIS

Num.	Figu.	Potestas	Nomen.	Significatio.
1	<b>א</b>	aspiratio lenissima.	Aleph <b>אֵלָף</b>	Quasi אלף Alluph, id est, prin- ceps, quod sit prin- cipium Alphabeti.
2	<b>ב</b>	β, sine u conso- nans.	Beth <b>בֵּית</b>	Domus, quod fi- gura sua domum imitetur: summa enim linea tectū, infima pavimen- tum, media parie- tem, vacuitas è re- gione portam re- fert.
3	<b>ג</b>	gb	Gimel. <b>גִּמְלָה</b>	Quasi גִּמְלָה gamal, id est, camelus, propter gibbum, quem in dorso gerit.
4	<b>ד</b>	db	Daleth <b>דָּלֶת</b>	Quasi דָּלֶת deleth, id est, porta, quod eam suis lineis ex parte referat.

Num.	Figur.	Potestas.	Nomen.	Significatio.
5	נ	b	He הָ	A sono quem ex- primunt, nomen ac- cepit.
6	ו	v consonans.	Vau וֹ	Vncinus, quia eius similitudinem præ- se ferat.
7	ז	z	Zayn זְ	Quasi זִין zian.i. arma, quod clava esse videatur.
8	ח	hh, vel χ.	Cheth חַ	A sono proprio sic vocatur.
9	ט	t	Teth תְּ	Similiter à sono.
10	י	i consonans.	Iod יְ	Quasi יֵד iad, id est spatium, quod pro- pter suam exigui- tatem spatium va- cuum relinquat.
20	כ	ch	Caph כְּ	A curuitate sic dicitur: nam כֶּפֶח Caphaph, incur- uare significat, A ij

Num.	Figu.	Potestas.	Nomen.	Significatio.
				Caph, rem curuā, ut volam.
30	ל	l	Lamed	Malmad, id est, stimulo, seu veru, cuius simili- tudinem exhibet.
40	מ	m	Mem	A sono, vt in omnibus aliis lin- guis.
50	נ	n	Nun	Item à sono.
60	ס	s	Samech	Quasi סמוֹךְ Sa- much, id est, conti- nuatum, et in se- ductum.
70	ע	Aspiratio densi- simi.	Aijn	Oculus, quod eius figuram imitetur.
80	פ		Pe	Os, seu vultus; quod ex parte fi- guram oris expri- mat.

## C A P. I.

5

Num.	Figu	Potestas.	Nomen.	Significatio.
90	ץ	ts	Tsade.	<i>Venabulum, quod ei non dissimile videatur.</i>
100	ר	q, vel k	Coph	<i>Vel à sono proprio sic dicitur, vel à circulo quem describit: nam כופ koph circuire est.</i>
200	ר	r	Rosc	<i>Quasi ראש Rosc.i. caput, quod aliqua ex parte illius figuram imitetur.</i>
300	שׁ	sc	scin	<i>Quasi שׁ Scen.i.</i>
	שׁ	f		
		vid. 1ud. c. 12. v. 6.	נִשׁ	<i>dens, quod dentata sit litera.</i>
400	ת	th	Tau	<i>Signum siue terminus, quod alphabetū terminet.</i>
500	ל			
600	ם			
700	ב			
800	נ			
900	ן			
1000	ך			

A iij

## Denominibus literarum Hebraicarum.

*Literarū  
Hebraicarum  
nomina  
antiquis-  
sima.*

**N**omina harum literarum vetustissima esse, atque ex his veluti fontibus quibusdam deriuata esse nomina omnium aliarum literarum, veteres omnes docent, Hebræi, Græci, Latini. Vide Iosephum li. i. Antiquit. cap. 4. Eupolemum apud Clementem Alexandr. li. i. Strom. August. lib. 18. de Ciuit. Dei cap. 39. Ac præcipue Euseb. li. 9. cap. 4. & lib. 10. cap. 2. de præparatione Euangelica, qui ex eo demonstrat, primas omnium literarum Hebraicas fuisse, quod solæ Hebraicæ literæ nominatae habeant significatiua. Cur enim Græci literas suas vocent, αλφα, βητα, γαμμα, δελτα, & Latini, a, b, c, d, &c. nullam rationem aliam reddere possumus, quam quod Hebræos imitati sunt, qui literis suis nomina posuerunt, aleph, beth, gimel, daleth. Cur autem Hebræi literas suas ita vocauerint, rationem à propria significa-

*Hebraicarum li-  
terarum  
nomina  
sunt signi-  
ficatiua.*

tione ductam reddit Eusebius loco  
notato, item S. Hieron. in Epist. ad  
Paulam vrbicam, & in Commentario  
ad Threnos Hieremias: nos quoque  
aliam ab illis non parum diuersam  
paulo ante reddidimus.

*De potestate earumdem literarum.*

**P**Ræter ea quæ in Alphabeto ipso  
annotauiimus, sciendum quoque  
est, literas omnes Hebraicas in quinq;  
diuisas esse classes, pro numero videli.  
cet instrumentorum vocis: quædam  
enim dicuntur literæ Gutturales, vide-  
licet יְהָהָא ahchang.

Literarū  
Hebraicārum  
quinq; classes.

Aliæ dicuntur literæ labiales, vide-  
licet, בּוּמָף Bumaph. Aliæ dicuntur  
literæ Palati, videlicet, נִיכָק gicak.  
Aliæ dicuntur literæ linguæ, videlicet,  
דְּתַלְנוֹת datlenath.

Aliæ denique dicuntur literæ den-  
tium, videlicet, זְצַרְשׁ zastfarasch.

Littere  
guttura-  
les diffi-  
culty  
pronun-  
ciatur.

Ex quibus omnibus solæ gutturales dubiam & difficulté pronunciationem habent, & quidem n, Aleph, in summo gutture, siue in ipso ore formatur, respondetque spiritui leni Græcorum; ita ut nihil addat ad Vocalem, cum qua syllabam necessariò efficit, nisi spiritum illum, qui minimum requiritur ad quamlibet vocem proferendam. n He respondet spiritui denso Græcorum, & nostræ aspirationi h, formaturque in gutture, sed paulò inferius quam Aleph. n Cheth est quasi duplex aspiratio densa, & in ipso nodo gutturis, hoc est, inferius quam He, formari debet. y Aiin, aspiratio est densissima (etsi alij aliter sentiant) sitq; dum spiritus narium adiumento in imo gutture quodammodo strangulatur. Itaque pronunciatio harum quatuor literarum à summo gutture usque ad imum quasi quibusdam gradibus descendit.

S.

M.

Potestatis quarumdam literarum  
amplior declaratio.

ג Gimel.

*Est g lenius, & quasi blæsum, quale  
ab iis, qui laborant in litera R exprimen-  
da, profertur. Nunquam per g molle &  
effeminatū, quale auditur in voce Regio,  
pronunciari debet, quæcumque præcedant  
aut sequantur vocales. Flandri, iuuante  
patriâ linguâ, ג fæliciter enunciant.*

ד Daleth.

*Est ⌂ Græcorum ritè pronuntiatum.  
Accedit quodammodo ad sonum literæ ר,  
ideoque illius vicem non semel subit, ubi  
vocabulum aliquod Hebræum in linguam  
Chaldaeam aut Syram transfertur: ex.gr.  
cùm pro Hebræo זְהָב .i. aurum, Chaldaicè  
dicitur דְּהָבָא. Angli per suum th commode  
expriment.*

ו Vau.

*Hanc literam per sefferunt Orientales,*

qui Hebream linguam, utpote in Oriente natam, atq; adeo magis patriam, omnium optimè pronuntiant. Illis tamen est consonans, nec, nisi cum vocali, syllabam facit: ex. gr. ḥ per ᵣa, unā syllabā, ab illis legitur. Nolim tamen affirmare pronunciationem illam literæ ḥ per v consonum vulgatum, longo iā v̄su receptā, omnino esse degenerē: præsertim cūm R. D. Kimchi in *Miclol*, pag. 96. col. 2. moneat inter ְ lene ḥ et ḥ esse distinguendum: quod profectò ostendit sonum literæ ḥ ad sonum ְ lenis accedere, atque adeo non esse per ḥ more Orientaliū pronunciandum, sed per v consonum Latinorum, vel potius per vv Germanorum: nam existimo cum multis literam, si modò per v consonum nostrum proferatur, sonare quiddam crassius, densiusve ְ leni, quod valet v consonum Latinum, vel β Græcum.

ת hheth.

*Aspiratio est anhela, ac raucisona: similis illi sono, quē quis edit, dum ex cursu,*

aut alio quo quis labore vehementi, subinde spirat ac respiret. Græcis & Latinis prorsus est ignota: ac nemo eam, nisi ab incunabulis edocitus, ritè proferre unquam possit, sicut nec literam y, teste Abben Ezra.

## ט Tet.

Est τ, & quidem densius ה, affecto <sup>נ</sup> cum Dages, & ore pleniore, ac voce crassiore daghes edendum. Differre ט & ה apparel ex verbis est τ habentibus primam thematis literam ע, Græc. quæ in coniug. hithpael post ע, non ה, alioquin coiugationis characteristicon, habere possunt, sed ipsum ad vocalitatem in ט conuertunt: ex. gr. à verbo עזרך non dicitur in hithpael העזרך, sed העזרך, litera ה in ט recepto more conuersa: quod est argumentum eidens ט & ה in quod cadit daghes, aliquantulum saltem sono distare, tametsi vulgo nullum discrimin existit. Accedit huc, quod Kimchi in Miclol pag. 96. col. 2. monet diligenter inter ט & ה habens daghes esse distinguendum.

, Iod.

*Est i consonans, quo modo ab Italibz pro-  
fertur. Sic enim Syri, Arabes, & Iudæi  
Orientales literam Iod pronuntiant: atque  
ita esse proferendam, non autem per g  
molle, quod vocant, fidem facit quod habet  
R. Daud Kimchi in Miclol pag. 71. col. 1.*

אָפְקָר הַאֱלֹף בְּסֶגֶל בְּרוּב בְּרִי שֵׁלָא יְתֻעָרֵב  
hoc est, אָפְקָר .i. visitabor habet נ  
vt plurimum notatum puncto , ne con-  
fundatur cum Iod: perinde ac si diceret,  
ne si legatur אָפְקָר cum chiric paruo sub נ,  
confundatur cum יְפָקָר .i. visitabitur  
masc. gen. Quod profectò nunquam illi  
venisset in mentem scribere, si Iod per G  
molle pronuntiandum fuisset. Nam le-  
gendo ac pronunciando יְפָקָר gippaked per  
g molle, nullatenus est verendum, ut quis  
dici aut legi putet אָפְקָר. Quod sane ac  
cidere potest, si Iod per i Italicum lega-  
tur: atq; idcirco cautum est, inquit Kimchi,  
ut אָפְקָר habeat נ affectum Segol, discri-  
minis ergo. Dubium esse possit, quomodo

Iod pronunciari debeat, quando haber  
daghes. Itali & Galli Narbonenses (ut  
obseruat Abrah. de Balmis in suo Pecul.  
c. i ) Iod cum daghes per g molle efferunt:  
Hispani verò, inquit, addo ego, & Orien-  
tales, Iod, siue habeat daghes siue non, sem-  
per eodem modo pronuntiant. Benè. Nam  
litera Iod nunquam est habita de numero  
earum literarum quæ duplicem habent  
potestatem propter daghes & raphe, nec ab  
autore antiquissimo libri יְהוָה .i. Crea-  
tionis, illis est annumerata.

## כ Caph.

Est χ Græcorum : quanquam, ut ab  
Orientalibus profertur, videtur habere  
sonum paulò crassiorem, & sonare ch.  
Germanorum : ex. gr. in voce nacht.

## י Aijn.

Vt à Syris, Arabibus, & Iudæis Orien-  
talibus profertur, est aspiratio satis vehe-  
mens, medium guttur, in quo formatur,  
cum fragore pungens: quæ tamen, si negli-  
gentius & minus accuratè proferatur, pro

& accipi possit: unde R. David in Miclol  
 pag. 96. col. 2. monet, unicuique diligenter  
 cauendum esse, ne, cum & profert, audia-  
 tur y, cum vero y, audiatur & : quod est  
 argumētum literas & & y affinis esse soni,  
 ut, si minus accurate proferantur, una  
 pro altera facile accipi possit: atque adeo  
 sonum illum ex n & g conflatum, stran-  
 gulato flatu narium adminiculo, pérque  
 easdem spirante (quorum unum per se in-  
 commodum est, & contra naturam, alte-  
 rum turpe & vitiosum) qui à multis literæ  
 y tribuitur, peregrinum esse & afflict-  
 tium, qui prava consuetudine in hanc  
 linguam inuaserit. Huc quoque pertinet  
 quod refert idem Kimchi ibidem col. 2.  
 veteres Rabbinos monuisse, ubi legeretur  
 illud Deut. 11. אָשֶׁר נִשְׁבַּע לְאַבּוֹתֵיכֶם  
 .i. quam iurauit patrib<sup>9</sup> vestris, y verbi  
 quod est iurauit, diserte esse profe-  
 rendum, ne quis legi ac dici putaret  
 נִשְׁבַּה quod significat captiuus abductus est.  
 Ex quo intelligere est, y, si minus accurate

proferatur, prorsus ἀφωνον videri, perinde atque : atque adeo non tam inter hanc & illam literam interesse, quam aliqui putant. Hæc porro litera Græcis & Latinis prorsus est barbara, quemadmodum diximus ad literam η. Eius sonus in vagitu vituli à matre relieti exauditur.

## ¶ Sade.

Non est cōpendium literarum Ts vel Tz, quemadmodum aliqui putant, sed est simplex litera, nimirum S, at densius aliquanto, & plenius, quam D.

## ¶ Coph.

Est c, & quidem densius & affecto daghes, seu x Græcorum. Reddit sonum similem voci, quam Gallina edit facto ouo. Europæi hanc literam nimis molliter proferunt. Differre & habens in complexu daghes à ¶ appareat ex eo quod iam toties laudatus Kimchi loco iam saepe cit. dicit inter & ¶ esse distinguendum. Esse enim id de & non leni, sed daghesato intelligendū manifestū est ex eo quod sequitur, & inter

¶ daghesatum ετο. Quod si de το leni illud  
esset accipiendum, cur non eodem pacto  
diceret esse inter η lene ετο distinguendū:  
ετο, si το cum daghes eiusdem est soni atque  
η, cur potius diceret inter το lene ετο esse  
distinguendum, quam inter το lene ετο το  
habens daghes, ac non potius utrumque  
coniungeret?

¶ Scin gerens punctulum in dextro  
cornu. Est sc cum stridore pronunciandū,  
eoꝝ sono exprimendum, quo à Gallis ch in  
dictione vernacula chemin, à Latinis sc  
in voce scelus, à Germanis sch in voce  
schetzer, ab Anglis sh in voce shuteint.

¶ Sin cum punctulo sinistro cornui  
incumbente. Est s sonum habens ex  
sono ψ dextri, ετο mixtum, magis tamen  
ex sono ψ, ut existimat Abrahā de Balmis  
in suo Pecul. cap. i. Vulgus tamen Iudeo-  
rum ψ sinistrum cum ετο confundit.

### ¶ Tau.

Est το Græcum recte pronunciatum,  
quasi balbutientium more.

Hæc

Hæc habui, quæ de quarundam literarum vi ac potestate scriberem: quæ cupiam, quatenus commodè fieri poterit, duntaxat obseruari: nec sanè velim quemquam de pronuntiatione, quod esset miseri hominis, & in minimis rebus occupati, nimis esse sollicitum. Non adeo ingens scelus est male pronuntiare: ac nescio negligentia in hoc, an nimia anxietas sit deterior.

### De figuris seu characteribus literarum.

**H**Os literarum characteres non esse eos, quibus initio sacri libri scripti sunt, sed alios, quos Esdras post captiuitatem excogitauit, testatur D. Hieron. in Prologo galeato, qui etiam in Comment. ad cap. 9. Ezech. docet, literam  $\eta$  olim crucis figuram expressisse. Sed his omissis, primùm diligenter intuendæ sunt figuræ, & discrimen notandum similium literarum, ne inter legendum vnam acci-

piamus pro alia. Sunt autem hæ literæ similes.

שׁעַסְטוּהָדָנֶב

שׁצִמְטוּהָרָנֶב

*Quinque  
litere du-  
pliciter  
scribun-  
tur.*

Deinde sciendum est, quinq; litteras dupliciter scribi, videlicet, צְפַנְתָּכְן quarum priores, id est, contractiores, scribuntur in principio, & in medio dictionis; posteriores autem, que etiam longiores sunt, scribuntur solùm in fine. Inuenitur tamen extra ordinem Isa. 9 v. 7. מ in medio, in illa dictione, לְסֻרְבָּה lemarbe, ad multiplicationem: & lib. 2. Eldr. C. 2. v. 1. מ in fine, in dictione ה illi.

*Numero-  
rum nota-  
sunt He-  
braice  
literæ.*

Postremò sciendum est, Hebræos literis Alphabeti uti ad notas numerorum indicandas, ut in ipsa tabula literarum ostendimus. Porrò ceteros numeros, quos ibi non expressimus, ex aliorum compositione efficiunt: si quidem נ significat 11, ב 12. & sic de ceteris, nisi quod pro י scribunt ט superstitione quadam adducti, quia י

*Iudeorū  
supersti-  
tio.*

est vnum ex nominibus Dei. Sic etiam post n, que litera efficit 400. non semper ponunt literas illas finales, sed compositos numeros.

900 800 700 600 500

ת ק ת ח ת ט ת ק

S. M. Millenarios pingunt hoc modo, «  
 ו 100. ב 200. ג 300. ו sic deinceps: vel «  
 repetito א, ב 2000. ג 3000. ו sic dein- «  
 ceps. Pingunt etiam sic א 1000. ב 2000. «  
 ו irgulâ infra positâ: quæsi, ut interdum «  
 fit, superponatur, hoc modo א, ב, ו c. tunc «  
 non millenarios, sed monadicos, denarios, «  
 aut centenarios numeros notant, prout est «  
 haec aut illa litera. Hoc anno, qui est Christi «  
 nati אסכ vel iteratis centenariis אתרככ «  
 i622. numerat ab orbe condito השלפב 5382. «  
 vel שפב 382. iuxta æram minorem, ex- «  
 ceptis scilicet more suo millenarijs. Hinc «  
 quilibet facile colligere potest, quantum «  
 in æra a nobis distent.

## C A P . I I .

*De Punctis, quæ Vocalium loco sunt  
apud Hebreos.*

*Hebrei  
veteres  
non ha-  
buerunt  
Vocales  
literas.*

**V**teres Hebræi, quòd nullas haberent propriè vocales literas, vtebantur interdum eorum loco \* quatuor consonantibus, videlicet א Aleph, ה He, ו Vau, י Iod, & quidem per Aleph & He exprimebant, a, & interdum alias Vocales; per Vau, o & u; per Iod, e & i.

„ S. M. \* Repone tribus. Demenda enim „ litera נ. Nam solæ hæ tres א, ו, י, pro vo- „ calibus olim fuere, unde auctori antiquis- „ simo libri י'רָה. i. Creationis, hæ tantum „ אַפּוֹת הַדְבָּר. i. matres locutionis appellan- „ tur, propterea quòd, sic enim puto, ante in- „ uenta puucta, cùm adhuc eæ literæ essent „ pro vocalibus, nemo posset ullam literam „ sine aliqua ex ijs proferre.

Erat autem difficillimus harum Vo-  
 calium usus, tribus potissimum de  
 causis: primum enim eadem literæ  
 interdum fungebantur munere suo,  
 id est, Consonantium; interdu alieno,  
 id est, Vocalium: nec facile diiudicari  
 poterat, quando uno officio, quando  
 altero fungerentur. Deinde cum ea-  
 dem litera diuersarum Vocalium lo-  
 cum obtinere posset, ut Iod, e & i; Vau,  
 o & u, quis facile diuinaret, huiusne  
 an illius potius locum obtineret? Ac-  
 cedebat postremò quod sèpè nulla  
 harum quatuor literarum expressè in  
 vocibus Hebraicis habebatur, sed sub-  
 intelligenda erat. Itaque magis usu lo-  
 quentium, quam præceptis ratio le-  
 gendi, vel pronuntiandi apud Hebræos  
 olim conservabatur: quod non obscurè  
 indicat B. Hieronymus in Epist. 126.  
 quæ est ad Euagrium. Quapropter  
 posteriores Hebræi, tum ad minuen-  
 dam difficultatem, tum etiam ne pau-

*Difficilis  
quondam  
fuit Vo-  
calium usus  
apud  
Hebreos.*

latim scientia linguae Hebraicæ penitus interiret, quæ ipsi traditione majorum & vñsu didicerant, ad artem reuocare conati sunt, certis quibusdam excogitatis Punctis, quæ ubiq; locum Vocalium obtinerent. Et quamquam non est omnino exploratum, quo primùm tempore eiusmodi Puncta literis Hebraicis addita fuerint, tamen probabilis est sententia Heliæ Leuitæ Germani, qui in præfatione Massoreth affirmat id factum esse apud Tiberiadem Palæstinæ anno 436. ab euersione templi, id est, anno salutis nostre 476.

Puncta sunt decem. Sunt igitur Puncta decem; pro longis Vocalibus quinque, & quinque pro breuibus: quorum Characteres, Potestatem, Nomina, & Significationes subiecta Tabella indicabit.

## Tabula punctorum Vocalium.

Fig.	Potestas.	Nomen.	Significatio.
a longum.	Camets.	אַמְתָּן	Dicitur à verbo אִמְתָּן Camats, quod est colligere, quia collecto ore obscure pronuntiatur, sono quodam medio inter* a & o.
a breue.	Pathach.	פָתָח	S. M. * Planè ut a Germanicum. "
e longum.	Tseret.	צִירֵת	Dicitur à verbo צִירֵת Pathach, quod est aprire, quia aperto ore clarissime pronunciatur, plane ut a Latinum.
			A verbo צֹר tsur, quod est coarctare, quia proferri debet obscure, ut* e Italicum, in vocibus pena & penna.
			S. M. * vel ut e Gallicum in voce respondre. Veteres appellaverunt קְטַנָּן cametz paruum. "
			B iiii

Fig.	Potestas	Nomen	Significatio.
------	----------	-------	---------------

" e breue. Segol.

סְנוּלָה

*A nomine Chaldæo  
כְּנוּלָה Segula, quod  
botrum significat, quia  
eius formā imitari videtur: profertur au-  
tem clare ut\* e Latinum in voce penna.*

" S. M. \* vel vte Gallicum in voce mer:  
" estq; quasi e mixtum ex a, ut æ in voce  
" fæx, unde fortasse veteres appellarunt  
" etiam pathach paruum.

" i longum. Chiric  
gadol

חִירִיק  
בְּרוֹלָה

\* Chiric magnum, à  
sono quem edit, nomen  
accepisse videtur.

S. M. \* חִירִיק fren-  
dorem significat: atque  
לְפִי שְׁחוֹת ita appellatur hoc punctum, i. quia findit atq; erumpit  
בּוֹקָע בֵּין הַשְׁנִים inter dentes, ait R. Iehudah in lib. de Ac-  
centib. unde etiam ab aliis vocatur i. שְׁבָר  
fragor, שְׁבָר i. fractus, & à Syris  
חֲבֵצָא i. strictionis, quia strictione dentium  
exprimitur.

Fig.	Potestas.	Nomen.	Significatio.
	i breue.	Chiric Caton.	Chiric paruum simi- liter à sono nomen ac- cepit.
1	o longum.	Cholem.	A sono quem efficit priore syllaba, nomen habet.
		חֹלֶם	S. M. Vel potius sic appellatur, quasi crassū seu pingue, „ חֹלֶם „ enim id significat, quia sonat o crassum „ plenum, quod totum os implet, sicut ω „ Græcum; unde ὁ πλανός . i. pleni. „ tudo oris non raro appellatur: ὁ a Syris „ זְקָפָא . i. sublatio, quod sublationi sono, ὁ „ sublatis labris proferatur. „
	o breue.	Camets Chateph.	*Camets raptum, nam „ חַטֵּף chataph rapere „ significat.
		קְמַץ	S. M. *Summis labris „ pronunciandum est, ut o μυρφός:
3	u longum.	Schœc.	A sono quem edit priore syllaba: profer- tur autem ut, * u, ma-
		שְׁוִיךְ	

gnum Italicum & Germanicum.

„ S. M. \* vel ut & Græcum, cum tenuiore  
„ quodam sibilo, unde & nomen inuenit.

Fig.	Potestas	Nomen.	Significatio
„	u breue.	Kibbutz.	A verbo קְבַע kabats,
„	„	קְבָעָה	quod est cōgregare: quia labiis collectis effertur, ut, * u, Gallicum.
„	S. M. *	vel ut u	Græcorum.

Quo pacto literæ cum Punctis syllabam  
efficiant, subiecta exempla docebunt.

va va ve ve vi vi vo vo vu vu  
ב ב כ כ ב ב י ב ב ב  
dha dha dhe dhe dhi dhi dho dho dhu dhu  
ר רו ר ד דו ר רי ר ד ד  
ha ha he he bi hi ho ho bu bu  
ה הו ה ה ה ה ה ה

*Puncta*  
*omnis,*  
*duobus*  
*exceptis,*  
*sub lite-*  
*ris scri-*  
*buntur.*

Obserua primò, omnia Puncta sub-  
scribi Consonantibus, exceptis Chirim  
magno, Cholem & Schurec, quæ ad  
latus, vel suprà scribi debent.

11. Cholem dupliciter notari, uno

modo cum litera Vau, altero sine Vau,  
 & tunc Punctum notari supra Con-  
 sonantem, cum qua facit syllabam,  
 non in medio, sed ad latus sinistrum,  
 ut distinguitur ab accentu Reuia, de  
 quo infrà dicemus.

iii. Camets chatuph sèpissimè scribi  
 sine illis duobus Punctis additis ad  
 camets, ita ut figura non distingua-  
 tur à camets longa Vocali. Ut ergo  
 possit intelligi quando eiulmodi Pun-  
 ctum sit camets, & quando camets  
 chatuph, hæ regulæ obseruandæ sunt.

*Regule  
quibus  
distin-  
guuntur  
Camets  
et Cam-  
mets chau-  
tuph.*

Prima, si nullum habeat accentum  
 rhetoricum, & mox sequatur Scheua,  
 aut daghes, non est camets, sed ca-  
 mets chatuph, ut **חָכְמָה** *chochma*, sa-  
 pientia, non *chachma*, בְּלִין *collu*, finitæ  
 sunt, non *callu*.

S. M. Claudicat hæc regula. Aliter  
 igitur ponenda est, hunc in modum:  
 absque accentu Grammatico, si ha-  
 beat post se Scheua quielscens, aut

„ daghes, non est camets, sed camets  
 „ chatouph, ut declarant exempla ab au-  
 „ tore allata. Quid sit accentus Gramma-  
 „ ticus, quid scheua quiescens, quid daghes,  
 „ paulò infra suis locis dicetur. Dixi in re-  
 „ gula, absque accentu Grammatico,  
 „ nam - cum accentu Grammatico, etiamsi  
 „ sequatur scheua quiescens aut daghes, non  
 „ est camets chatouph, sed camets: ex. gr.  
 „ לילָה láila, nox, non loila, לְמַם lámma,  
 „ ad quid, siue quare non lámma. Parum  
 „ iuuat hæc regulæ pars, scheua quiescens:  
 „ nam priùs debes agnoscere - esse camets  
 „ chatouph, quam Scheua quiescens possis  
 „ agnoscere. Secerni autem camets à camets  
 „ chatouph, & internosci potest per accen-  
 „ tum rhetoricum; nam - cum accentu rhe-  
 „ torico, est camets post quod legitur scheua,  
 „ ut חִכְמָה chachema, sapuit fæm.gen. non  
 „ chochma, propter accentum rhetoricum  
 „ cum - prioris syllabæ: accentus autem  
 „ rhetoricus is est qui accentui Gram-  
 „ matico in eadem dictione afficienda

præire solet, nec vñquam ferè solus est. ..  
 Porro si quando accentus hic non est cum .., ..  
 tunc camets à camets chatouph, nisi à peri- ..  
 tis Hebraicæ linguae, non internoscetur. ..

Secunda, si tequatur Maccaph, &  
 immediate antea non sit נ aut ת, illud  
 est camets chatouph, ut כָּל־אֶרֶץ, col erets,  
 omnis terra, non cal erets.

Tertia, in finibus verborum, si quidem  
 accentus præcedat, est etiā camets chatouph,  
 ut וַיְקַם vajacom, & surrexit, non  
 vajacam.

S. M. Quarta, ante gutturalem ..  
 habentem .. chateph camets, non est ..  
 camets, sed camets chatouph, ut מַעֲמָד ..  
 moomad, נוֹם maomad. Potest tamen ..  
 hæc regula fallere, hincq; iudicio est opus: ac ..  
 videndum, num . fortè sit camets ה Em- ..  
 phatici: quod potest accidere sub ה & literis ..  
 similibus כָּלְבָּ, alias minimè. ..

Alias semper est camets. Quia tamen  
 interdum Euphoniacæ causa excidit  
 daghes ex litera quæ proximè sequitur.

post camets chatuph , ita ut putari possit camets longum , quod reuera est camets chatuph , idcirco tunc , etiam in libris correctissimis , scribitur camets chatuph cum duobus punctis expressè additis ad dextram ipsius

*Litera in pronunciatione priùs sonat quam punctum subiectum.* camets , hoc modo , ... Obserua 4° , in pronunciatione literarum cum suis punctis , priùs sonare & audiri debere literam , quam Punctum literæ subiectum : nō enim dicimus  $\beth$  au , sed  $\beth$  va :

*Obseruanda singulari pronunciatione literarum & y.* excipiuntur tandem duæ literæ gutturales  $\beth$  &  $y$  , quando in fine dictionis existentes sub se habent Patach : tunc enim priùs proferri debet Punctum , quam litera . Itaque dicemus  $\beth\gamma$  Iehoscuah , nō Iehoscuba ;  $\beth\gamma\mathfrak{m}$  Masciach ,

non Mascicha : cuius exceptionis ratio est ; quia eiusmodi patach non est de essentia illorum nominum , neque additur ad syllabas multiplicandas , sed solum ut literæ illæ ex gutture pronunciari possint , siquidem integra

nomina sunt in exemplis allatis, *yesh* וְשֶׁ. Experientia autem docet, non posse in his nominib<sup>9</sup> ex gutture pronunciari ultimas literas. Quod item accidit in omnibus similibus, vbi hæ literæ ultimum locum occupant, nisi præcedat camets, aut patach. Quotiescumque igitur istas literas in fine dictionis existentes, non præcessit camets aut patach, necessariò additur patach sub ipsis literis, ut ritè proferri possint, quod idcirco dici solet patach suffratum, seu patach necessitatis. Quod autem diximus de literis *n* & *y*, habet etiam locum in litera *n* quando punctum habet in ventre, ut patet in isto nomine *אלוה* Deus; dicimus enim *eloah*, non *eloha*.

*Patach  
suffra-  
tum.*

*n cùm  
punctum  
in ventre  
habet,  
quo modo  
pronun-  
tiatur.*

## C A P. III.

*De semipunctis, videlicet de Scheua.*

Puncta  
tria que  
vices ge-  
rant bre-  
uiissima-  
tum vo-  
calium.

PRæter illa decem Puncta, quæ locum obtinent vocalium tam longarū, quam breuium, sunt alia tria puncta, quæ breuiissimarum vocalium vices gerant; nimirum Scheua, Chatephatach, & Chatephsegol, de quibus ordine dicemus.

Scheua, Hebræis שׁ vel סְ, constituitur ex duobus punctulis uno super aliud perpendiculariter posito hoc modo, . . . quod quidem interdum quiescit, interdum sonat. Quando quiescit, nullum sonum exhibet auctoribus, neque syllabam constituit, sed potius trahit literam sibi superpositam ad præcedentem, ut cum ea syllabam componat, ut cùm dicimus הלכת ambulauisti. Quando sonat, idem sonans. valet, quod, e, \* breuiissimum, & tunc <sup>+Quale</sup> forsan est e Gallicum fœmininum, in vocedire.

sylla-

syllabam constituit cum sua litera consonante more aliarum vocalium, ut cùm dicimus **דְּבָרִ** *deuar, verbum.*

## APPENDIX.

*Et hinc fortasse nomen accepit: videtur enim dici à Verbo שׁבָא dicitur, quod est redire, quia literam suam ad præcedentem trahit, & quodammodo redire facit.*

*Atque hinc sit, ut omnis litera in fine dictionis, exceptis quiescentibus quæ sunt וַיְ, אֲחֹוי, si nullum habeat punctum, censeatur habere Scheua, licet non inueniatur expressū nisi sub literis בְּנֵרֶכְ פָת quando habent daghes lene, & præterea sub litera Caph, etiam non habente daghes, ac in tribus aliis dictionibus, טַוְי declinet, Proverb. 7. טַשְׁק veritas. Prou. 22. וַיְשַׁק & potum dedit, Gen. 22.*

*Ad internoscendum autem quando Scheua sonet, quando quiescat, hæ regulæ seruandæ sunt. Prima, Scheua in initio dictionis semper pronuntiatur, ut לְכֹד lemود, disce, non lmod:*

C.

Secunda, in fine dictionis nunquam pronunciatur, ut **וַיֵּשֶׁת** *vaijesh*, & bibit, non *vaijeste*. Tertia, in medio dictionis pronunciatur solum sub litera geminata, ut **הֲלֹלוּ** *halelu*, laudate, non *hallu*: & sub litera quæ habet punctum in ventre, ut **לִפְדוּ** *limmedu*, docuerunt, non *limmdu*; & post alterum Scheua, ut **יַלְמֹדוּ** *jilmedu*, dissent, non jilmdu, & post vocalem longam, ut **לִמְדָהּ** *lameda*, didicit, non *lamda*.

## PRIMA EXCEPTIO.

Duo Sche  
uaim in  
fine di-  
ctionis  
quiescunt. Quando duo Scheuaim sunt in fine, utrumque quiescit, etiam si primum sit post longam vocalem, & secundum sit post alterum Scheua, vel sub litera habente punctum in ventre, ut **וַיֵּשֶׁת** *vaijesh*, bibet, non *vaijest*. **גַּבְעָה** *jeuch*, flebit, non *jeuech*, quamquam id nonnulli negant, præsertim si ultima litera sit affecta puncto daghes, tunc enim ultimum Scheua pronuncian-dum putant.

## SECUNDA EXCEPTIO.

Quando vocalis longa notata est accentu Scheua  
Grammatico, Scheua sequens quiescit; ut <sup>Scheua</sup> post vocalem  
 לְמַדְנָה lemodna, discite, non lemo-  
 dena; vel quando vocalis longa eo loco <sup>longam</sup> quando  
 habetur pro breui: ut <sup>quiescit</sup> coniunctio cùm po-  
 nitur pro i<sup>u</sup>ne, ne duo Scheuaim concurrant  
 initio: tunc enim Scheua sequens quiescit,  
 ut נִרְמָתָה vnromema, & exaltemus,  
 non vneromema, ut infrà in quarta  
 parte cap. 2. fusiùs dicetur.

## APPENDIX.

Obseruandum vero est, ad perfectam Regula  
 pronunciationem semipuncti Scheua, cùm seruandas  
 post Scheua sequitur litera gutturalis, ut per-  
 ipsum Scheua debere proferri ferè ad eum  
 modum, quo profertur punctum subiectum  
 literæ gutturali, & si adsit accentus qui  
 dicitur Gahaia, proferendum planè eo  
 modo quo profertur punctum literæ guttu-  
 ralis: dicimus enim יְחִי tichi; viuet, non  
 techi. Idem dicendum est de Scheua præ-  
 cedente Iod sine Chiric; vergit enim tunc

C ij

Scheua ad sonū Chiric, & si ad sit Gahaia,  
sonat planè ut Chiric, ut יְבִיאֵד bijad, in  
manu, non bejad.

„ S. M. Quomodo veteres Scheua pro-  
nuntiarint, meritò dubiū est, cùm Septuag.  
„ Interpretes Hebraicas voces Græcis cara-  
“ cteribus describentes, modo per unam,  
„ modo per alteram vocalem expresserint,  
„ atque interdum etiam planè dissimulaue-  
“ rint. Certe hodie ut e breuissimum sem-  
“ per profertur, præterquam ante Iod alia  
“ notatum motione, quam Chiric: vergit  
„ enim tunc Scheua ad sonum Chiric, quem-  
“ admodum obseruat autor. Quam pronun-  
“ tiationem alicubi ad Tiberienses veluti  
“ autores Elias Leuita refert: qui ut doctri-  
“ nae sublimioris, sic emendatoris ac purioris  
“ laude pronunciationis olim floruerunt,  
„ teste R. Iona, cuius non postrema inter  
“ המנוקראקים .i. Grammaticos est autoritas,  
„ in Rikma. Quomodo Scheua habens ad  
„ latus accentum gaia legi debeat, suo loco à  
nobis dicetur.

Hæc de Scheua simplici : nunc de <sup>Scheua  
cōpositū.</sup> composito & punctis raptis dicamus. Chateph patach est punctum cōpositum ex Scheua & patach, hoc modo .., & sonat a breuissimū. Chateph segol est punctū cōpositum ex Scheua & Segol, hoc modo .., & sonat e breuissimum.

S. M. Chateph camets est punctum com-  
positum ex Scheua & camets chatouph, <sup>ce</sup>  
hoc modo .., & sonat o breuissimum.

## APPENDIX.

Addunt aliqui tertium punctum raptum, nimirum Chateph camets, quod sit o breuissimū, & distinguatur à Camets chatouph quod est o breue: sed \* melius alij reiiciunt <sup>Puncta</sup> tertium illud punctum raptum, atque asse- <sup>rapta</sup> runt Camets chatouph & Chateph camets <sup>quorsum</sup> <sup>inuenta.</sup> idem esse, nimirum o breue; siquidem <sup>Literæ</sup> puncta raptæ propter literas gutturales <sup>gutturæ</sup> <sup>lesquando</sup> potissimum inuenta sunt. Literæ enim <sup>non ad-</sup> gutturales initio dictionis non patiuntur <sup>mittunt</sup> <sup>Scheua</sup> <sup>simplex.</sup> umquam sub se Scheua simplex, neque etiam in medio dictionis; nisi præcedat

accentus Grāmaticus, ut שְׁלָחֵנִי misimus,  
 vel præcedat Chiric sub litera seruili,  
 ut תְּחִיה viues, vel sequatur Daghēs lene,  
 ut נָאָדָר magnificus, vel sequatur litera  
 capax solius Daghēs fortis, sed non affecta  
 eiusmodi Daghēs, ut רַעַיתִי amica mea.  
 Quoniā igitur literæ gutturales plerumq;  
 non possunt à Scheua simplici moueri, ideo  
 adduntur ea puncta, quibus gutturales  
 maximè gaudent, nimirum Patach וּ  
 Segol, quæ clarissimè וּ facillimè pronun-  
 ciantur. Et sanè si Scheua non solum cum  
 Patach וּ Segol, sed etiam cum Camets  
 componeretur, nulla esset ratio, cur non  
 etiam cum Tsere, Chiric, alijsq; punctis  
 componendum esset. Ad extremum no-  
 tandum est, puncta ista rapta inueniri  
 etiam interdum sub literis geminatis, ut  
 in voce צְלָלוֹ demersisunt, Exodi 15.

„ M. S. \* Mihi verò longè videtur secus:  
 „ וּ puto (o) illud breuissimum esse admit-  
 „ tendum: ac multū camets chatouph inter,  
 „ וּ chateph camets interesse: illud enim

vnam esse decem vocalium, quæ, quemadmodum dicit Elias Leuita, in Perek Cant. Cant. II. sub omnibus literis esse possit, ac per se sese dictionem constituere: hoc vero tantum sub gutturalibus pro Scheua simplici collocari, quemadmodum, atque ut hæc breuissima puncta præcedenti literæ, i.e. breues motiones affines, nisi alia ratio obstat, subiiciunt, sic quoque chateph camets, quod est o breuissimum, et hac figurâ (:) ex (:) et hoc est camets chatouph sine duobus punctis, constitutâ depingitur, literæ præcedenti o breue sine camets chatouph hac figurâ depictum, nisi lex aliqua Gramatices repugnet, resignare. Ex. gr. ponatur יְהִי .i. constitutus est, quod sub prima radicali y habet .i. chateph camets pro scheua simplici quod postulat prima thematis non gutturalis in coïngatione hophal; atque idcirco sub præcedente litera נ habet .i. camets chatouph: Quanquam hoc punctum huic literæ iam alio nomine debebatur, est enim camets

chatouph punctum characteristicum con-  
 iugationis hophal: quæ sanè causa est cur  
 scheua sequens non cum - aut. (ut mos est)  
 componatur, sed cum camets chatouph,  
 itaut chateph camets hic sit magis ex ca-  
 mets chatouph, quàm e contra. hoc quoque  
 videre est in nomine קָרְבָּן. i. tabernacu-  
 lum eius, ubi chateph camets sub litera נ  
 magis est ex camets chatouph facto ex i  
 nominis absoluti אַהֲרֹן. i. tabernaculum,  
 quàm e contra. Quorsum enim sub litera נ  
 sic dilataretur Scheua, nisi quia litera  
 præcedens habeat camets chatouph? Igitur  
 legendum oholo, non autem aholo.  
 Nam quorsum camets sub נ? Non sanè  
 quòd nomen absolutum habeat cholem.  
 Non etiam quòd sequatur o breuissimum.  
 Nam siue hac, siue illa ratione debet esse  
 o breue sub aleph ex analogia Grāmatica.  
 Sic עַמְדָּה legendum haomad, non autem  
 haoniad. Atque ita esse ut dicimus fidem  
 faciunt Septuag. Interpr. qui nomen illud  
 proprium נָעָם, quod vulgo εργαστη

Noëmi legitur, in linguam Græcam transcribentes vero scripserunt, - literæ nunquam per a sed per o exprimentes. Neque vero in propositis exemplis propter accentum Methegh, quem secum habet, pro camets censeri debet: nam eodem iure puncto camets chatouph accentus ille appendi potest, quo bis duobus - עַיִן, ex. gr. In עַיִן faciet, עַיִן הָרִיך estimauit. Et regula à Grammaticis poni solita: quod habet Methegh est camets, non camets chatouph: tantum locum habet, ubi schema simplex sequitur: ut declarant exempla à Grammaticis allata ad prædictam regulam.

## C A P. IV.

*De Daghēs & Raphe.*

**S**Vpersunt adhuc alia duo puncta,  
quæ et si vocalium literarum mu-  
nere nequaquam funguntur, suo modo  
tamen pronuntiationem non parum  
iuuat. Ea sunt דגש Dages, & רפה Raphe.

*Daghēs quid sit.* Daghēs est punc̄tum in medio literāe impressum, cuius officium est vim quamdā addere ipsi literāe. Est tamen *Daghēs duplex.* duplex Daghēs, lene & forte. Lene roborat literam: forte duplicat. Exemplum lenis בִּת beth, domus, nonbeth: exemplum fortis דָּבֶר dibber, locutus est, non diber. Porrò Daghēs forte inueniri potest in omnibus literis, exceptis gutturalibus יְהָא & רְא.

## APPENDIX.

Quanquam etiam aliquando Aleph & Resc נ sed rarissimè Daghēs recipiunt, vide Gen. 43, 23, 1. Esdr. 8, 18. Leui. 23, 17. Iob 33, 20. & 1. Reg. 1, 6, 1. Reg. 10, 24. 4. Reg. 6, 22. Prou. 10, 14. Prou. 15, 1. Cant. 5, 2. Psal. 52, 5. Hierem. 39, 12. Habac. 3, 13. Ezech. 16, 4.

*Causa in scribendi Daghēs forte in literis.* Ratio verò cur infigatur Daghēs forte in literis, multiplex est. Primò infigitur ad supplendum defectum literæ Nun in conjugatione Niphal, in defectiis Pe Nun, in Verbo נַתֵּן Nathan, in Præpositione נִמְלָא.

Secundò, ad supplendum defectum literæ  
geminatæ in verbis duplicantibus Aijn,  
et ad supplendum defectum literæ ח in  
verbis quæ habent tertiam radicalem ח,  
et quando in Hithpahel ח ו ט conue-  
niunt. Tertiò, ad ostendendam coniuga-  
tionis grauitatem in Piel, Pual, et Hith-  
pahel. Quartò, post ח demonstratiuum,  
et ν verbum, nisi sequatur litera sche-  
uata. Quintò, sed raro, \* solius euphonie  
causa.

S.M. \*ut Iud. 5. vers. 7. et 1. Sam. 2. v. 5.   
 In חֶרְלוּ cessauerunt, et Esa. 64. vers. 2.   
 In נָזְלָו disfluxerunt: quibus in exemplis,   
 Daghesh לְהַפֵּאַת הַקְרִיאָה i. ad lectionis   
 venustatem duntaxat adhibitū esse scribit   
 R. Dauid initio Miclol, pag. 4. col. 2. et   
 pag. 5. col. 1. Vbi eiusmodi multa colligit,   
 idq; fieri dicit, בְּהַפְּסָק הַטְּעִמָּה i. In   
 pausa, atque interdum etiam extra   
 pausam in literā Scheuatā.   
 Eiusmodi quoque mihi videtur esse illud   
 Daghesh, quod post literam ח et Maccaph

» cadit aliquando in priorem sequentis di-  
 » ctionis literam: ex.gr. מְהֻנָּשָׁה-לֹן quid  
 » facies illi. Id etiam sit citra Maccaph, ut  
 » לְמָה צְמַנוּ ut quid ieunauimus: quibus  
 » in exemplis & similibus, literæ, in quas  
 » cadit illud Daghæs, partim cum ultima  
 » syllaba præcedentis dictionis, partim cum  
 » sua vocali leguntur: quanquā in postremo  
 » exēplo vocalis longa, nullo fulta accentu  
 » Grammatico, præcedit Daghæs: ibi enim  
 » Camets ratione lectionis pro Pathach ha-  
 » bendum est, alioquin sequens litera Daghæs  
 » habere non posset.

Daghes lene non reperitur nisi in  
 lene in his sex literis בְּנֵר כְּפַת; quia tamē etiam  
 quibus reperi- hæ literæ Daghæs forte habere possunt,  
 a- tur literis ideò ut sciamus vtrūm Daghæs in his  
 regula notanda est.

Regula de Initio dictionis nunquam esse potest  
 Daghes, nisi Daghæs lene, & similiter in medio  
 & fine post Scheua quiescens. Itaque  
 in hac dictione תִּזְבֹּר recordaberis,

vtrumq; Daghēs est lene: in hac verò  
**דָּבְרַת** locutus es, primum est lene, se-  
 cundum forte, tertium lene.

Raphē Hebraicē דָּבְרַת, id est, lene, est <sup>Raphē</sup> <sub>quid.</sub> virgula quædā literæ suprascripta hoc modo, quæ linea significat literam esse mollius pronuntiandam, quam si haberet Daghēs. Itaq; literæ בְּנֵדְכֶפֶת cum Daghēs leni pronuntiantur asperiūs, ut Latinæ literæ b,g,d,c,p,t. Si verò habeant Raphē בְּנֵר בְּכֶפֶת pronunciantur lenius, ut v consonans, gh,dh, ch, ph, sh. Est autem sciendum in plerisq; libris non exprimi istam virgulam Raphē, tamen semper subintelligi, ubi nullum est Daghēs.

## APPENDIX.

Quod verò ad Orthographiam attinet, Que sine  
 ubi sic ponendum Daghēs, & ubi Raphē, punctorū  
 hæ regulæ seruandæ sunt. Daghes  
 & Raphes  
 loca.

Prima, Initio dictionis semper est Raphē,  
 præterquam in literis בְּנֵר בְּכֶפֶת quæ  
 Daghēs habent, nisi litera præcedens fuerit

una ex quiescentibus, quæ sunt אהוי, quamquam etiam his præcedentibus interdum habent Daghæ, nimirum si litera quiescens non quiescat eo loco, ut שפתה תפתח. Item si habeat accentum distinctuum, חבוּרָה תחת חבוּרָה liuor pro liuore. Item si dictio quæ incipit ab una ex literis בָּגָד כְּפָת sit monosyllaba, aut habeat accentum in penultima, ut זְבַחֲתָה פְּכָח sacrificasti Pascha. Denique si Maccaph coniungit ה dictionis monosyllabæ cum dictione incipiente ab una ex literis מְהֻבָּצָע ut, בָּגָד כְּפָת מהבצע quæ cupiditas?

„ S. M. De præcedentibus regulis consule  
 „ Sanctem Pagninum Hebr. Inst. l. 1. c. 10.  
 „ Et 11. Ioh. Quinquarbor. in opere Gram.  
 „ sub finem, ubi de causis literis אהוי dero-  
 „ gantibus: ingeniosissimum et doctissimum  
 „ Petrum Vignalium יי' in Annotationib.  
 „ in Institutiones Quinq. ad cap. 3.

Secunda, in medio et fine dictionis post longam vocalem semper est Raphe, nisi

notetur accentu : tunc enim Daghēs esse potest, לְפָתָח cur : ex quo apparet, Schurec interdum pro parua vocali haberi, cūm admittat post se Daghēs, ut הַוּכָה per-  
cussum est.

Tertia, in medio & fine post vocalem breuem semper est Daghēs, aut Scheua silens, nisi notetur accentu: nam in שְׁבַת habitare, illud בְּ propter accentum non habet Daghēs.

Quarta, in medio & fine post Scheua mobile, & puncta rapta semper est Raphe, præterquam in hac voce שְׁתִי, שְׁתִים duo.

Quinta, in medio & in fine post Scheua quiescens semper est Raphe, præterquam in literis בְּנֵדֶכְפָתָח quæ habent Daghēs lene : exceptis paucissimis, ut מְלֹכוֹת regnum, עֲבָדִי servi, & similibus.

## C A P. V.

*De Literis quiescentibus.*

*Literæ  
car di-  
santur  
Quiesce-  
tes.* **Q**VATUOR literæ, quæ hoc nomine continentur אַחֲרֵי, Quiescentes dicuntur, quia interdum nullum sonum auribus exhibitent, cuius ratio est, quod ut suprà diximus, iis vtebantur olim Hebræi loco vocalium; nunc autem inuenta sunt Puncta, quæ eamdem vocalium munere commodiùs funguntur. Itaq; necessariò literæ istæ post inuenta Puncta, interdum sonant, interdum quiescunt; sonant, quando funguntur munere suo, id est, consonantium; quiescunt, quando fungi deberent munere alieno, id est vocalium.

„ S. M. Non est ea ratio, cur sileant hodie,  
 „ וְ(ut vulgo loquuntur) quiescant literæ  
 „ אַחֲרֵי, quam Autor affert, ut vel ex unica  
 „ voce בָּרִיא pinguis, videre est, in qua &  
 „ quiescens, præterquam quod ad thema  
 „ per-

pertinet, olim vice vocalis, i, fuisse positum  
nemo dixerit. Tribuendum igitur illud est  
potius usui e*&* commoditati pronuntiandi.

Explicemus de singulis scorsum. ¶ quibus  
¶ quiescit in medio & fine post omnes <sup>in locis</sup> quiescat:  
vocales longas, & interdū post Segol &  
Patach, ut נָמָא יְמָנָא, אֲדֹנָי & dominus.

¶ quiescit solum in fine post Camers, ¶ quando  
Tsere, Cholem, longas vocales, & post <sup>quiescas:</sup>  
Segol & Patach breues, ut פָה os, מָה  
quis: post alias vocales longas non  
facile reperitur litera ה, tamen si in-  
ueniretur, sine dubio etiam in illis  
quiesceret.

### E X C E P T I O .

Est autem obseruandum, interdum ה in  
fine post quasdam vocales non quiescere: ad <sup>¶ quando</sup>  
quod significandū scribitur tunc punctum <sup>in fine dia-</sup>  
quoddam in medio eius hoc modo, ה, vel <sup>ctionis nō</sup>  
sub illa hoc modo ה, quod quidem punctum <sup>quiescas.</sup>  
non est Dages, quia non duplicat, nec ro-  
borat literam, sed est מְפִיק Mappic, id est, <sup>Mappic</sup>  
eductor, quia educit sonum, dum facit <sup>quidnam</sup>  
sit.

ut litera ~~ſonat~~<sup>ſunt</sup>, quæ alioquin quieuiſſet.

Solet verò Mappic potiſſimum adhiberi  
in Pronomine affixo generis fæminini, ut  
filius eius: prætereà in nomine Dei  
בָּנָה, אַלְוֹתָה, & in quatuor verbis.  
admirari, superbire, amare, splendere.

נָהָר כְּמָה נָבָה תִּמְהָר

quiescit in medio, & in fine post  
<sup>quando</sup> quiescit. Tsere, Segol & Chiric; aliàs ſonat, vt. i,  
conſonans. Porrò in fine post camets,  
patach, cholem, & ſchurec, coalescit  
cum præcedente, vt vocalis in diph-  
thongum, vt אֲדֹנֵי Adonai, Dominus,  
trifyllabum; דְבָרִי deuarai, verba mea,  
ſimiliter trifyllabum; נָגִי goi, gens, mo-  
nosyllabum; בָּנָי banui, edificatus, dua-  
<sup>quando</sup> rum ſyllabarum. Interdum etiam re-  
<sup>admitit</sup> Mappic. cipit Mappic, vt in dictione <sup>a</sup> מִלְבָיוֹת  
regna, <sup>b</sup> & רְאשִׁיוֹת principia.

„ S. M. <sup>a</sup> Scio equidem eſſe aliquos Gram-  
„ maticos qui ſcribant literam Iod admit-  
„ tere Mappic, at præcedente Chiric, aliàs  
„ minimè. Viderit itaque auctor num hoc

exemplum sit ad rem. <sup>sicut punctus illud in medio littera sed</sup>  
 Plurale hoc in Bibliis non extat ullibi. <sup>quod est de multis nam hanc vocem in multis</sup>  
 Certè in Miclol pag. 22. col. r. lin. 13. po- <sup>etiam plurale est</sup>  
 nitur. Quod spectat ad Mappic, non es <sup>aliquis illo</sup>  
 puto locum habere præterquam in <sup>itum</sup> <sup>daghe</sup> <sup>for-</sup>  
 ex. gr. in שָׁתֶּה potus, dico literam Iod <sup>ce</sup>  
 habere Daghēs forte per quod ita gemine- <sup>ce</sup>  
 tur, ut cum punctulo (.) faciat Chiric <sup>ce</sup>  
 magnum, abeatq; in vocalem, cum . verò <sup>ce</sup>  
 faciat syllabā ia. Quis dicat in קִים verbo <sup>ce</sup>  
 tertiae coniug. literam, secundam thematis <sup>ce</sup>  
 habere Mappic, ac non potius Daghēs <sup>ce</sup>  
 tertiae coniug. characteristicon? <sup>ce</sup>

1 quielscit in medio & in fine sub. 1 quando  
 Cholem, & in Schurec; aliás sonat, vt, <sup>quielscit.</sup>  
 v, consonans, & in fine post camets &  
 patach, Tsere & chiric, coalescit more  
 vocalis in diphthongum, etiamsi in-  
 tercedat Iod quiescēs, vt דְבָרֵי deuaraū,  
 verba eius, קֹו cau, linea, שַׁלְוֹ saleu, quie-  
 tus, פַּיו piu, os eius.

S. M. Apud Orientales literæ 1 ⌂, <sup>ce</sup>  
 nunquam coalescunt, sed eodem prorsus <sup>ce</sup>

„ modo in fine leguntur, quo in principio  
„ & medio.

„ Porrò literarum אָהִי fit hoc breue, nec  
„ difficile præceptum: Illas silere siue ob-  
„ mutescere nisi vocalem aliquam pro-  
„ priam, aut saltem Scheua silens ex-  
„ pressum habeant: ex. gr in בְּרַא creauit,  
„ litera נ quiescit, quia nullam habet pro-  
„ priam vocalem: at in בְּרַא creauerunt,  
„ נ legitur, quia habet vocalem propriam,  
„ videlicet נ. Eadem est aliarū ratio, si exci-  
„ piā Tod וּ, quae in extremis dictionibus  
„ post quasdam motiones vel coalescunt in  
„ diphthongos, ut notatum est ab autore, vel  
„ pronuntiantur eo modo, quo in principio  
„ & medio, quemadmodū à Gallis y in voce  
payer.

## APPENDIX.

Littere  
quiessen-  
tes sunt  
necessa-  
ria.

Notandum verò est, quiescentem lite-  
ram necessariā esse ad longarum vocalium  
prolationem, & ideo semper eis vel actu  
vel potestate adesse: idcirco enim in illa  
sententia לֹא תַעֲשֵׂה לְךָ פֶּסֶל לֹא non facies  
tibi scuptile, illud פ non habet Dages

lene, quia præcedit ה, virtute contentum  
in Camets dictionis נְלָ?

## C A P. VI.

## D E A C C E N T I B V S.

**A**ccentus Hebræis triplex est, Rhetoricus, Grammaticus, Musicus: Rheticus retinet syllabam, vel conjungit cum alia, ornatus gratia: Grammaticus attollit syllabam, ut accentus acutus Græcorum, & præterea \* distinguit orationē, ut apud Latinos puncta & virgulæ: Musicus designat tonum, quo syllaba cani debet.

*Accentus Rhetor.**Accentus Gramm.**Accentus Musicus.*

S. M. \* *Cave ne hinc putas omnem accentum Grammaticum distinguere orationem. Nam soli accentus regij, ac ne quidem omnes, id faciunt, quemadmodum postea dicetur.*

*ee*

Porrò Rhetici accentus quatuor sunt. Primus dicitur מִתְן, cuius officium est retinere syllabam quā afficit, & scribitur sub litera hoc modo, ב.

Videtur Secundus dicitur בַּבָּשׂ, cuius idem  
 sonare aspergens. est officium, & scribitur supra literam  
 hoc modo בַּבָּשׂ. Tertius \* dicitur בְּבָשׂ,  
 Remu- & est retinaculū solius puncti Scheua;  
 gitus. cùm Methegh & Mazze aliis punctis  
 adiungantur; scribitur autem sic בְּבָשׂ.

Nexus seu cōplexus. Quartus dicitur בְּמִקְרָב, cuius officium  
 \* Vnico est coniungere vnam dictionem cum  
 accentu alia \* & scribitur inter duas dictiones  
 Gram- matico. hoc modo בְּבָשׂ.

„ S. M. \* בְּבָשׂ Mugitum, seu remugitum sonat. hoc certè nomine à Grammaticis est appellatus, quod Scheua, cui soli adhibetur, istiusmodi accentu à concitate, tiore pronunciationis cursu retentum, remugire, et sequentis voce vocalis ingeminata resonare debeat: ex. gr. יְגִשְׁוֹבָחַ legendum esset vanaschoubha, & reuertemur. Verum apud Europæos (de orientalibus nescio) id iam dudum exoleuit, et hodie eodem modo ab illis Scheua cum Gaia profertur, ac sine Gaia, nisi quod paulò lentius clarius.

Grammatici accentus numerantur Grammatici accentus sunt 31.  
 triginta & unus, nimirū viginti reges,  
 & vndecim ministri, qui omnes acuūt  
 syllabam quam afficiunt; & præterea  
 distinguunt orationem: quamquam,  
 quod attinet ad distinctionē, ex tanto  
 numero solūm quatuor sunt propriè  
 \* Grammatici; reliqui enim magis  
 Musicæ, quām Grāmaticæ deseruiunt.

S. M. \* Emenda, ac repone Regij seu  
 distinguentes: nam ut accentus aliquis  
 censeatur Grammaticus, satis est si acuerit  
 syllabam, quod omnes faciunt, ut ipsem  
 autor dicit, nec necesse est orationem di-  
 stinguat, quod est accentuum regiorum pe-  
 culiare, ac proprium, ac ne quidē omnium,  
 sed propriè tantūm quatuor, quemadmo-  
 dum autor obseruat.

Primus dicitur פָּסֹק, siue סְלִול, Finis  
 cuius officium est acuere syllabam, &  
 distinguere periodos; scribitur autem  
 sub litera hoc modo בָּ, ita ut figura  
 non distinguatur à Metegh. Facilè Nosse.

ramen vnum ab alio internosces, si  
animaduertas, \*\* è duobus accentib.  
in eadem dictione positis, priorem  
esse Rheticum, posteriorem Gram-  
maticum: vel si vnum tantum sit,  
eum necessariò esse Grammaticum,  
Gram-  
maticus  
accentus  
quando  
abest à  
dictione. nulla enim est dictio sine accentu  
Grammatico, nisi ea quæ per maccaph  
cum alia iungitur.

Respira-  
tio, seu  
mora  
lectio-  
nis. Secundus est רִנָּה, qui præterquam  
quod syllabam attollit more aliorum,  
distinguit medias periodos, seu membra  
orationis, & hoc modo sub litera pin-  
gitur בְּ, hunc tamen usum non habet  
in libro Iob, Psalterio, & Proverbiis.

Erectus  
minor,  
ab ere-  
ctis  
punctis  
supra  
literam. Tertius est זַקְפָּן, qui & syllabam  
acuit, ut ceteri, & concisa distinguit:  
scribitur ut Scheua, sed hoc modo  
supra literam notatur בְּ.

Iacobas  
media  
litera. Quartus est יַקְבָּר, qui minimis di-  
stinctionibus seruit, & hoc modo su-  
pra literam scribitur בְּ. Ceterorum  
nomina & figuræ, quamuis ij negligi

potuissent, h̄ic breuiter subiiciemus,  
ne quid vel à curiosis desideretur.

S. M. \*\* Regula h̄ec non de Sopha  
pasouktantūm à Methegh distinguendo, a  
sed de quocumq; alio accentu Grammatico  
ab accentu quois Rhetorico discernendo  
intelligatur: ut si duo accentus concur-  
rerint in eadem dictione sub qua-  
cumq; figurā, prior ferè sit rhetoricus, „  
qui & euphonicus appellatur, poste  
rior verò Grammaticus. Dico sub qua-  
cumque figura: nam quemadmodum „  
accentus Grammaticus multiplicem habet „  
figuram, ut ex tabella sequente videre est, „  
sic quoq; Rhetoricus. Non enim Methegh  
aut Mazze semper virgulā rectā infrā <sup>Supra</sup> literam depinguntur, sed interdum etiam „  
Grammaticorum accentuum figurās mu- „  
tuantur: exempli gr. in גְבוּרָתָו & forti- 253  
tudo eius, 2. Reg. 13. vers. 12. cùm duplex „  
sit accentus, prior, et si gerit figuram ac „  
centus Grammatici Mounach, est rho- „  
ricus, posterior verò Grammaticus. Sic in „

,, וַיְלָבֹו & ambulauerunt, Num. 33. v. 7.  
 ,, Kadma supra Iod vicem subit accentus  
 ,, rhetorici, Methegh videlicet ~~aut Mazze~~  
 ,, Quanquam non nego istorum accentuum  
 ,, aliud præterea esse, vel olim fuisse, idq;  
 ,, magis fortasse proprium munus, quod, quia  
 ,, ad Musicā pertinet, idcirco minus hīc mihi  
 ,, puto laborandum. Fallet prædicta regula  
 ,, interdum in libris Job, Psalmorum, &  
 ,, Proverbiorum: ex. gr. in קָרְבָּה Job 3. v. 6.  
 ,, Nam hīc prior accentus est Grammaticus  
 ,, seu nativus: alter pro Musico vulgo haberi  
 ,, solet. Certè est ascititius. Omnia certissima  
 ,, regula Grammatici accentus à quovis alio  
 ,, dignoscendi ( quanquam regula à nobis  
 ,, posita plurimum iuuat ) est ipsa Gramma-  
 ,, tica, quæ tibi accentus grammatici sedem  
 ,, perpetuò commonstrabit. Est ergo cur stu-  
 ,, diosè ac diligenter in Grammaticâ accentus  
 ,, grammatici sedem obserues, qui plerumque  
 ,, lineâ rectâ descendente, prorsus ipsi Me-  
 ,, thegh simili, sed quæ regulâ positâ facile  
 ,, discerni possit, à Grammaticis signari solet,

nisi aliam figuram interdum locus postulet. ee  
Nam ex Grammatica certissimè disces, quā ee  
syllabā quæq; dictio acuenda sit, ubicumq; ee  
occurrat, & quacumq; in parte dictionis ee  
resideat accentus. Quod nisi feceris, peri- ee  
culum erit ne aliam interdum, quām quæ ee  
acuenda est syllabā acuas, non in ijs modò ee  
dictionibus quæ pluribus accentibus sunt ee  
instructæ, sed in illis etiam quæ unicum ee  
tantūm accentum habent, præsertim cùm ee  
quorundam accentuum natura ferat, ut ee  
sæpe alteri ab illâ quam tono afficiunt,  
syllabæ adhærescant, & sit aliquis (is vo- ee  
catur Telischa gedola) qui primæ dictio- ee  
nis literæ perpetuò insidet, cùm tamen ee  
penultimam aut ultimam syllabam inter- ee  
dum acuat, alij verò ultimæ dictionis ee  
literæ insideant, cùm tamen penultimam ee  
syllabam aliquando afficiant: ij sunt ee  
Paschta, Tarla, seu Talscha, Segola, ee  
& zarcha: exempli gr. in שְׁבָרָה accentus  
Telischa gedola primæ literæ insidet, ee  
cùm tamen ultimam syllabam afficiat: in ee

„ נְחַשֵּׁת, accentus Segola qui penultimam  
 „ acuit, ultimæ literæ superimponitur.  
 „ Hinc factū esse puto ut accentus Paschta  
 „ qui postremæ semper literæ incubat, in vo-  
 „ cibus penacutis perpetuò geminetur, ut in  
 „ יְרָא Gen. 1. v. 12. Credo, ut tironibus con-  
 „ suleretur, né ve ab ignaris vox illa legere-  
 „ tur cum accentu in ultimā, si scriberetur  
 „ יְרָא. Alij non ita geminantur: quanquam  
 „ etiam interdum, ut Gen. 3. v. 14. in וַיִּאמֶר  
 „ Tarsa bis repetitur: Eodem cap. v. 17.  
 „ נְעַמֵּשׁ geminū habet zarka: non tamen in  
 „ omnib⁹ exemplarib⁹, sed in Rabbinicis tantū  
 „ bibliis. Elias Leuita lib. de Accentib. cap. 5.  
 „ profert ex 1. Sam. 2. 15. vocem בְּתַרְמָה, quam  
 „ affirmat duplici zarka insigniri, cùm tamē  
 „ in omnibus hodie exemplaribus unicum  
 „ habere cernatur. Inde mihi probabile fit  
 „ morem fuisse non ita pridem, ut omnes in  
 „ rudiorum gratiam repeterentur, sed iam  
 „ exoleuisse illam consuetudinem, ac tantum  
 „ in Paschta, & aliis interdum, tanquam  
 „ aliquod veteris scripturæ vestigium re-

mansisse. Affirmat sanè Elias lib. cit. c. 4. <sup>cc</sup>  
 & s. hos accentus in dictione penacutā <sup>cc</sup>  
 bis fuisse positos, non secus atque hodie in <sup>cc</sup>  
 eiusmodi dictione bis Paschta repetitur. <sup>cc</sup>

Quod dixi paulò ante, zarka insidere <sup>cc</sup>  
 ultimæ syllabæ, non utique semper in Iobi, <sup>cc</sup>  
 Psalmorum, & Proverbiorum libris, ubi <sup>cc</sup>  
 non est eadem accentuum, atque in aliis <sup>cc</sup>  
 ratio, verum deprehendetur: Psal. 75. 2. <sup>cc</sup>  
 in יְהוָה accentus zarka quasi de sede sua <sup>cc</sup>  
 deiectus alienam occupat, quod saepe facit <sup>cc</sup>  
 in prædictis libris. Sed hīc parum est peri. <sup>+ 253</sup>  
 culi, cum iste accentus nil ad Grammaticā <sup>cc</sup>  
 illic faciat, & sit aut Rheticus, aut Mu- <sup>cc</sup>  
 sicus tantum. Porro nihil illud mirum vi- <sup>cc</sup>  
 deri debet in istis libris, ubi non idem, qui <sup>cc</sup>  
 in cæteris, situs & collocationis accentuum <sup>cc</sup>  
 ordo seruatur. Tarcha qui alias syllabæ <sup>cc</sup>  
 quam afficit, adhærere solet, ibi saepissimè <sup>cc</sup>  
 in dictione primus occurret, et si ad primam <sup>cc</sup>  
 syllabam minimè spectet: ut Psal. 36. 5. <sup>cc</sup>  
 in יְהוָה, accentus Tarcha, qui ad ultimā <sup>cc</sup>  
 syllabam eleuandam pertinet, ante omnia <sup>cc</sup>

in dictione locum habet: sic versu sequente  
 in יְהִי: Alios ibi passim reperias accentus,  
 alio, quam solent, ordine & situ collocatos.  
 Frequenter reperias mounach, qui alioquin  
 literis ad latus vocalium subscribi solet,  
 literis impositum. Non raro quoque inue-  
 nias Iethibh extra ordinem, & situm, quem  
 habet in alijs libris, collocatum. Est itaque  
 cur Grammaticæ sedulò des operam, ut in  
 tantâ accentuum turbâ, eaq; non satis, ut  
 videtur, digestâ, accentus Grammatici  
 sedem, sine quo nulla dictio potest bene pro-  
 ferri, valeas agnoscere. Neque verò præ-  
 tereundum silentio est, præter regulam à  
 nobis initio positam, ut tandem ad illam re-  
 uertamur, in hac voce נֶבֶל צַיִן Esaiæ. 40.8.  
 & quibusdam similibus quas R. Dauid  
 in Miclol pag. 95. col. 1. colligit, duorum  
 accentuum concurrentium priorem non  
 esse Rheticum, sed Grammaticum, ac  
 neque etiam posteriorem. Duplex enim  
 ille accentus mihi videtur Grammaticus,  
 non ut putem utrumq; simul & semel

dictionem afficere, sed duplici illo accentu  
duplicem lectionē significari: priore eorum  
lectionem qui eritandi duorum accen-  
tuum Grammaticorum concursus gratiā  
dictionem נִבְלָה cum accentu in penultima  
pronuntiarunt, posteriore verò eorū lectio-  
nem, quibus non tanta hic fuit eritandi  
eiusmodi concursus religio.

Et hæc quidem habui quæ cursim attin-  
gerem. Si plura de Accentibus requiris,  
consule R. Iehudam, Eliam Leuitam, qui  
Hebraicè scripsérunt, Reuchlinum, Val-  
ensem, & eum, qui de accentibus, ut de  
omnibus, omnium accuratissimè scripsit,  
Ioh. Buxtorfum, in Thesauro Gramma-  
tico, lib. 1. c. 5. & lib. 2. c. 23.

## Accentuum nomina &amp; figuræ.

## Accentus Regij.

1.	בָּן סֻפְּרִסּוֹק	11.	בָּן לְגַרְמִי
2.	בָּנְאַתְּנָה	12.	בָּנְגַרְשִׁי
3.	בָּנְזַקְפְּקַטְּא	13.	בָּנְגַרְשִׁים
4.	בָּנְזַקְפְּגַדְלָל	14.	בָּנְיִתְיִיבָּה
5.	בָּנְרַבְּעָה	15.	בָּנְזַרְקָאָה
6.	בָּנְתָבִיר	16.	בָּנְפִירְגְּרוֹלָה
7.	בָּנְפִירְקָטְחָא	17.	בָּנְפִירְקָטְוָן
8.	בָּנְסְנוּלָה	18.	בָּנְקָרְנִיְּפָרָה
9.	בָּנְפְּשָׁטָא	19.	בָּנְשַׁלְשָׁלָתָה
10.	בָּנְפֶסְיָקָה	20.	בָּנְתַלְיִשָּׁאָנְרוֹלָה

## Accentus Ministri.

1.	בָּנְתָוָנָה	6.	בָּנְמִירְכָּאָפְשִׁיטָה
2.	בָּנְעַלְיוֹ	7.	בָּנְמִירְכָּאָכְפּוֹלָה
3.	בָּנְמִכְרְבֵל	8.	בָּנְקָרְמָזָה
4.	בָּנְמַהְפֵּךְ	9.	בָּנְתִּרְסָאָה
5.	בָּנְמַאְיִלָּה	10.	בָּנְדַרְגָּה
11.	בָּנְיִרְחָבָן-יָםָה		

APPENDIX

## A P P E N D I X.

Quod autem ad sedem attinet accentum, hæ regulae tradi possunt. Accentus Grammaticus in penultima syllaba collocatur. Primo, in omnibus Nominibus et Verbis, quæ habent Segol in ultima, ut בְּנָד vestis, שְׁקֵד sanctitas, כְּפֶר liber, מְתָה mors, לְבָתָה ambulare: et idem dicendum est de ijs, quæ habent Patach in ultima loco Segol, quando nimirū ultima, vel penultima est ו vel y, ut דעת scientia, חַסְכָּה Pascha. Hæc tamen regula locum non habet, quando ultima thematis est ו, dicimus enim משה Moses, בְּנֹנָה edificans, nisi forte sequatur dictio monosyllaba aut טַלְעִיל. i. penacula.

Secundo, in illis omnibus Nominibus quæ habent Camets vel Patach ante Iod mobile, ut בֵּית domus, מִצְרָיִם Egyptus: ad quam Regulam pertinet omnia dualia.

Tertio, in illis Nominibus, quæ desinunt in Iod præcedente Chirim, si Punctum penultimum fuerit Cholem, vel Segol,

vt קָוֵשׁ חָלֵי infirmitas, שְׁבִי captiuitas.

*Quarto, in illis quæ terminantur in Schurec præcedente ה, ut בָּהוּ vacitas, הַתָּרוּ defolatio, פְּקֻדָּה visitauit eum.*

*Quinto, in præteriti secunda persona num. sing. masc. gen. & prima persona communis generis, utriusque numeri, ut לְמִרְתָּה didicisti, didici, didicimus; nisi forte adsit Vau versuum, tunc enim aliquando accentus ponitur in ultima.*

*Sexto, in Præteriti tertia persona plurali, quando propter pausam vertitur Scheua in punctum longum: ut לְמִרְתָּה didicerunt, pro לְמִרְתָּה voluerunt, pro חַפְצָיו potuerunt pro יְכֹלוּ. Idem dicensum est de tertia singulari fæm. gen. ut לְמִרְתָּה didicit, pro לְמִרְתָּה.*

*Septimo, in Præteriti tertia plurali, & tertia singulari fæminini gen. Verborum quiescentium, vel duplicantium Aijn: ut קָבָו בְּנָה intellexerunt, קָבָה intellexit. circuiuerunt, קָבָה circuiuit.*

Octauò, in tertia Præteriti, quando se-  
quitur dictio monosyllaba, vel alia habens  
accentum in prima syllaba: ut עִיר בָּנָה  
ædificauit ciuitatē. קָרָא לִילָה vocauit  
noëtem. Idem seruatur in Participius  
Verborum quiescentium Lamed He, ut  
בָּנָה עִיר ædificans ciuitatem.

Nonò, in secunda plurali generis fæmi-  
nini Imperatiui, & secunda ac tertia plu-  
rali generis fæminini Futuri, ut לְמֹרְדָה  
discite, תַּלְמֹרְדָה discetis, vel discent.

Decimò, in Coniugatione Hiphil, in  
tertia plurali, & tertia singulari fæm. gen.  
ut הַפְקִידָה præfecerūt, הַפְקִידָה præfecit.  
In reliquis omnibus tam Nominibus quam  
Verbis, accentus Grammaticus collocatur  
in ultima.



## PARS SECUNDA, QVÆ EST DE NOMINE.

---

### CAP. I.

*De iis quæ Nomi*n*i generaliter accidentunt.*

**E**xplicauimus ea quæ pertinent ad rationem legendi & scribendi verba Hebraica: nunc de partibus orationis, quæ tres sunt apud Hebræos; Nomen, cum quo pronomen coniungunt; Verbum, cui etiam participiū annexunt; & dictio, quæ præpositiones, coniunctiones, aduerbia, & interiectiones complectitur, suo ordine differemus.

Ac primùm de nomine in vniuersum dicendum est, deinde de singulis nominum formis siue speciebus.

*Nomini accidunt quatuor.* Nomini in vniuersum accidentunt quatuor, Genus, Numerus, Casus, & Re-

gimen genitiui. Genera in Hebraicis <sup>Genera tria.</sup> nominibus tria sunt : Masculinum, Fœmininum , Commune . Neutro carent Hebræi, sed pro eo fœmininum usurpant, vt B. Hieron. annotauit in Comment. ad fin. 7. cap. Eccles.

Masculina terminantur quovis modo, præterquam in ה, præcedente camets, vel in ת, præcedente segol, chiric, vel schurec, vt דָבָר verbum, אִישׁ vir. Excipiuntur numeri Cardinales, de quibus suo loco.

Fœminina terminantur in נ, præcedente camets & accentu in vltima, vt אֲשֶׁה mulier, vel in נ præcedente segol & accentu in penultima, vt קְשֻׁחַ arcus, vel præcedente chiric, aut schurec, & accentu in vltima, vt סְפִירַת sulphur, מֶלֶכּוֹת regnum.

### EXCEPTIO.

Sunt tamen præter hæc nonnulla irregularia quæ sunt fœminina, & tamen non terminantur altero horum modorum,

DE IIS QVÆ NOMINI, &c.

\* Hęc ut זיון ventus, אבן lapis præterea omnia  
 interdū quoque nomina urbium, & regionum, nec non  
 masc. membrorū quæ natura sunt gemina, ut עין  
 sed ra- oculus, עין auris, רגל pes, יד manus, &c.  
 pius. quocumque terminentur modo, \*fœmi-  
 nina sunt.

, S. M. \* Interdum etiam masculina sunt,  
 , excepto fortasse עין quod non puto in mas-  
 , gen. unquam reperiri in biblijs.

*Communis generis terminatio.* Communia terminantur quolibet modo more masculinorum, & ferè sunt huius generis nomina anima- lium, ut בקר bos, חזיר sus, &c.

*Numeri tres.* III. Numeri Nominum Hebraicorum sunt tres: Singularis, Pluralis, Dualis.

Singularis terminatur variis modis, ut iam diximus. Pluralis in masculinis fit à singulari addito ים, vt דברים בְּרִים fit. In fœmininis quæ desinunt in ה mu- tatur ipsum ה cum puncto Camets in זת, vt טוֹבָה bona fit טוֹבָת. In iis, quæ desinunt in ה præcedente Segol, \* ad- ditur תי, vt תְשַׁקְּ arcus, fit תְשַׁחְתּוֹתְשַׁקְּ.

S. M.\* Habet locum duntaxat hæc ..  
 regula in terminatis per την dissyllabis. ..  
 Nam polysyllaba formant pluralem ..  
 numerum , quemadmodum ea, quæ ..  
 desinunt in την ; ex gr. כְוֹתְרָתָה capitellum ..  
 formant plurale כְוֹתְרוֹתָם mutato την ..  
 in των . ..

In iis, quæ desinunt in την præcedente  
 Chiric, aut Schurec, mutatur vltima \* <sup>\* melius  
literæ.</sup>  
 syllaba in ιώτη, ut ἡ γέφριτη sulphur, fit  
 μελβίοτης regnum, fit <sup>\* γέφριοτης</sup> μελβίοτης ; \*\*

S. M.\* Plurale hoc non est in usu , nec ..  
 esse fortasse potest in eiusmodi significa- ..  
 tione. Significatio enim sulphuris non vi- ..  
 detur pluralem numerum posse admittere, ..  
 et si Virg. alicubi in Georg. dixit sulphura, ..  
 forsan metri necessitate, vel alia quadam ..  
 de causa. Certè R. Dauid in Miclol p. 193 ..  
 col. 2. & pag. 194. col. 1. rationem reddit, ..  
 cur Metallorum nomina plurali careant, ..  
 quæ sulphuri mihi videtur conuenire, hanc ..  
 nimirum .. לְפִי שֵׁם שֵׁם הַפִּין וְאַז אֲשִׁים , ..  
 propterea quod sunt nomen ..

„ speciei, sub qua non sunt indiuidua.  
 „ Neque verò Autor noster hoc plurale in  
 „ exemplum posuit sine autore, sed cum  
 „ Sancte Pagnino lib. 2. Hebr. Instit. c. 19.  
 „ ad פְּעָלִים, וְסַתִּים multis recentioribus.  
 „ Ponatur in exemplum רְאֵשִׁית principiū,  
 „ רְאֵשִׁיות principio. Est hoc exemplum  
 „ in Miclol.

„ \* \* Hoc exemplum semel tantùm occurrit,  
 „ Dan. 8. v. 22. nec scribitur cum Daghes in  
 „ Iod, in emendationibus saltem exempla-  
 „ ribus. In Miclol tamen sicut וְחַנִּוֹת  
 „ Mansiones, à וְחַנּוֹת, וְea omnia, quæ  
 „ simili modo plurale formare debent, cum  
 „ Daghes in Iod non semel scriptum reperies.  
 „ Vide Miclol pag. 240. col. 2.

*Nota. 1 v.* Obseruandum autem est, inter-  
 \* & ma- dum Nomina quæ in singulari habent  
 sculina sunt. terminationem masculinam\*, in plu-  
 rali habere fœmininam, & contrà, vt

Dualis numerus אֲבָבָרְאֵל pater, יְזָהָב columba, יְנוּנִיְתְּאֵל.

quæ in rev. Dualis numerus non differt à plu-  
 à Plurals distin- rali, nisi quòd penultima litera in plu-  
 guatur.

rali est Iod quiescēs in Chiric, ut אלףִם, multa millia; in duali autem est Iod mobile, sub se habens Chiric, præcedente Patach, ut אלףִים, duo millia.

Note

S.M. Dualis numerus duas terminations habet: unam מ, masculinorum & fæmininorum quæ in sing. num. terminationem masc. habent, propriam: alteram תְּנִים eorum quæ fæminina sunt, & fæmininam terminationem in singulari habent. Exemplum prioris est צָהָרִים Meridies, masc. gen. אַזְנוֹנִים aures, fæm. gen. à singulari terminationis masc. Exemplum posterioris שְׁפָתִים labia, fæm. gen. à sing. שְׁפָה terminationis fæmininæ.

Sortiuntur autem dualem numerum ea solūm nomina, quæ significant res natura \* geminas, ut עֵינִים oculi, aures, & similia.

S.M. Hebræi non quemadmodum Græci, numero duali vtuntur. Græci enim, quum de duobus sermonem habent, dualem numerum usurpant: Hebræi verò res naturā

\* arte,  
vel co-  
gitatio-  
ne.

„ vel arte geminas, non duas tantum, sed  
 „ cuiusvis etiā numeri quantumvis magni,  
 „ numero duali significant. Habet tamen  
 „ locum hic numerus interdum, quām de  
 „ duobus est sermo : ut סָתִים duo sata,  
 „ בְּכָרִים „ duo talenta.

*Nomina sunt ali-  
qua unis  
tantum numeri.* v i. Porrò sunt quædam Nomina, quæ  
 solūm habent numerum Singularem,  
 ut <sup>\*</sup> זָהָב pecus, צָאן aurum: quædam quæ  
 solūm habent pluralem, ut חַיִם vita  
 בְּתוּלִים virginitas, בְּנָוָרִים pueritia:  
 quædam quæ solūm habent dualem,  
 ut מַיִם aqua, שָׁמֶן cælum, מֹלָה.  
 „ S. M. \* Nomina Metallorum, ut iam  
 „ notauiimus ex Davide Kimchi, pluralem  
 „ numerum ignorant. Genes. tamen 42. ו  
 „ in Talmude à sing. בְּסֶף argentum repe-  
 „ ritur בְּכֶפֶים pro nummis argenteis:  
 „ Esa. 1. à stannum, בְּרִילִים, qua  
 „ voce non stanna, sed improbi metapho-  
 „ ricis significantur, ut obseruat Elias  
 „ Leuita in Perek Hammiddoth,  
 „ Midda 6.

vii. Casus Hebræi nullos habent, sed  
eos tamen interdum per articulos de-  
gñant, hoc modo: דְבָרָה, verbum, דְבָרָה, verbo, שֶׁלְדְבָרָה, à verbo. Nota

Casus  
Nominis  
Hebrei  
non ha-  
bent.

viii. Obseruandum autem est, nullum horum esse purum articulum; siquidem ה, est etiam Aduerbiū vocandi; ל, אַת, & מִן sunt præpositiones, ut infrà docebimus; שֶׁל non est in usu in diuinis literis, sed solùm apud Rabbinos.

ix. Obseruandum est etiam, ה non solùm genitiuo, sed etiam ceteris omnibus casibus iungi posse; pari ratione ל, non solùm datiuo, sed etiam genitiuo, & accusatiuo interdum seruire; denique אַת, non solùm accusatiuum, sed etiā nominatiuum, datiuum & ablatiuum aliquando designare.

Vide plura in fine Grammaticæ, ubi de Dictionibus indeclinabilibus agitur.

Regimen genitiui in masculinis numeri singularis, non mutat ferè nisi De Regi-  
mine pre-  
cepta.

Nota

puncta longa in brevia: ut שֶׁר princeps, in regimine שֶׁר אָרֶץ princeps terræ. In numero autem plurali aufert literam vltimam, & mutat Chiric in Tsere, ut שְׂרִים principes: שְׂרִי אָרֶץ, principes terræ. In duali aufert similiter vltimam literam, & chiric; & mutat patach in tsere, ut עַיִל oculi, in regimine עַיִינִים עַיִינִים oculi columbarum. At in omnibus fœmininis, quæ terminantur in ה præcedente camets, mutatur ה in ת, & camets in patach: ut מֶלֶכֶת מִצְרָיִם, מֶלֶכֶת Regina, Regina Ægypti. quæ terminantur in ה, nihil mutant, & similiter in plurali fœminina omnia nihil mutant.

„ S. M. \* Non est hoc appositum exemplum: non enim habet nisi in pausa, sed patach, etiamsi non sit in regimine. Poterat manus, quod in regimine semper scribitur cum - , cum in statu absoluto semper obtineat .. Porro nomen dicitur esse in regimine, quod alterum regit in genitiuo casu. Sed de hac pluribus postea.

*De variis Nominum formis.*

**N**Omina apud Hebræos, ut etiam apud alias gentes, alia sunt propria, alia appellatiua, in quibus nihil aliud notandum occurrit, quām quod propria nomina carent numero multitudinis, regimine genitiui, & demonstratiuo, & pronomine affixo.

ii. Item alia substantiua, alia adiectiua sunt, quæ hoc solūm in hac lingua peculiare habent; quod ab Hebræis dicitur nomen תַּאֲרֵךְ, id est *formale*, siue <sup>Adiecti-</sup>  
<sup>num Noz</sup>  
<sup>men.</sup> adiectiuum, omne illud, quod mouetur de masculino in fœmininum per additionem literæ ה, ut מֶלֶךְ, *rex*, מֶלֶכָה, <sup>Na</sup>  
*regina*, طوب, *bonus*, طوبָה, *bona*: itaque multa vocant ipsi adiectiua, quæ nos substantiua nominamus.

iii. Comparatiua & superlatiua non habent: sed circumloquuntur per duas particulas מִן & מִאֵר hoc modo, מִבִּים, <sup>Comparatiuus &</sup>  
<sup>superlatiuus in caro</sup>  
*Hebrei.* מִזְדִּיק, *boni amores tui præ vino,* Cant. i. quod nos diceremus, *meliores*

*vino amores tui.* וְהַנָּה טוֹב מְאֹר, id est,  
*& ecce bonum valde.* Gen. i. quod nos  
 diceremus, & ecce erat optimum.

## APPENDIX.

Primi-  
tiva No-  
mina.

Quid sit  
radix.

Sunt denique alia nomina primitiva,  
 alia deriuativa. Primitiva dicuntur, quæ  
 non deriuantur aliunde, sed ex ipsis deri-  
 uantur alia: talia sunt quæ ipsam radicem  
 continent. Vocatur autem radix illa dicto,  
 siue sit verbum, siue nomen, quæ in Dictionario  
 maiusculis literis notatur; quæq;  
 plerumque tribus tantum literis constat,  
 & ex qua per aliquam mutationem dedu-  
 cuntur multæ aliæ dictiones, ut דָגָל, id est,  
 vexillum, nomen est primitivum, inde  
 enim fit דָגָל, id est, erigere vexillum,  
דָגָל, id est, insignis siue præclarus,  
כָּרְגָּלוֹת, id est, castra cum vexillis.

Deriu-  
tiva No-  
mina siue  
quatuor  
modi.

Deriuativa dicuntur quæ descendunt  
 à radice, siue primaria illa dictione: quod  
 fieri potest quatuor modis. Primò, per  
 additionem. Secundò, per detractionem.  
 Tertiò, per utrumque simul. Quartò, siue

additione, vel detractione, per solam mutationem punctorum. De singulis modis seorsum, & ordine explicemus. Per additionem formantur nomina deriuativa, <sup>Deriuat-</sup>  
<sup>tiva per</sup>  
<sup>addi-</sup>  
<sup>nem.</sup> cùm ad radicem additur una ex his literis, <sup>nem.</sup>

הָאַפְנֵתִי, quæ nomina propterea dicuntur Heemantica. Et quidem \* נ format no- <sup>Heeman-</sup>  
<sup>tica No-</sup>  
<sup>mina.</sup> mina, quando additur in fine; si tamen accentus ponatur in penultima, ut לִילָה nox. Si enim accentus ponatur in ultima, <sup>Nota</sup> tunc litera נ non est formativa nominis, sed signum generis fæminini. Addunt quidam נ formatuum interdum præponi, ut in voce שְׁמַעַתְּה auditus, sed fortasse falluntur: illud enim נ demonstratum esse videtur. Vide infrà parte 4. cap. 2. de literis Seruilibus, literâ נ.

S. M. \* נ in fine, existente accentu in penultima, non pro Heemantico, sed pro paragogico seu redundante vulgo habetur. Et quidem iure merito: Nam omnia nomina quæ habent eiusmodi נ, sine illo integrâ nomina sunt, nec illo decedente

„formam aut nominis significationem amittit,  
 „tunt, ut tu ipse legendo obseruabis. Ipse  
 „Autor in capite de literis paragogicis hanc  
 „literam illis annumerat, et affert in  
 „exemplum לילָה.

¶ Format nomina quando præponitur,  
 et sub se habet Patach, aut Segol, ut אַבְעָדָה  
 digitus, אַשְׁטּוֹרָה, custodia.

¶ Præponitur, et sub se Chiric aut Pa-  
 tach requirit, ut בּוֹמָר Psalmus, מִאָכָל  
 cibus; interdum sed raro postponitur, ut שְׁלָשׁוֹם  
 nudiustertius.

¶ Præponitur cum format nomina pro-  
 pria, נֶפְתָּלִי, נֶמְרוֹד ut postponitur autem  
 cum format cetera, et interdum est simul  
 nota diminutionis, ut שְׁבָתוֹן, sabbatu-  
 \*pupilla lum, אִישׁׂוֹן, \* paruus vir.

¶ Præponitur interdum et sub se habet  
 Chiric, aut Patach, utcedrus, תְּדֻרָּה  
 discipulus: interdum postponitur, תְּלֵמִיד sulphur, מִלְכּוֹת regnum: inter-  
 terdum præponitur et postponitur, ut  
 gloria: interdum etiam habet

Scheua,

Scheua, ut תְּהִלָּתְךָ laus. +

+ 254.

Per detractionem formantur nomina ab illis Radicibus, quarum prima litera est nun vel iod, נִנְשׁ sublimitas, à Verbo, נַשְׁׁעַ leuare; וְנַעֲזֵב fordes, à Verbo, נַעֲזֵב exiuit. Item ab illis, quarum secunda litera est Vau; ut רֹא peregrinus, à רֹא peregrinari; צָרֵר hostis, à צָרֵר obsidere. Item ab illis, quarum terria est הַ; ut בֶּן filius, à בְּנָה ædificare; אָבָּא pater, ab אָבָּא voluit: denique ab illis, quarum secunda et tertia sunt similes; ut יְגַד sagitta, à יְגַד sagittare; יְמִינָה fortitudo, à יְמִינָה fortificare.

Per additionem et detractionem simul formantur illa nomina quæ deriuantur à Radicibus proximè notatis, et simul asciscunt unā ex literis Heemanticis, id est, ex illis sex חָמְנָתִי. Quæ enim fiunt à Radice, cuius prima litera est Nun, asciscunt plerumque Mem in principio cum Patach, ut יְמִינָה plantatio, à Verbo יְמִינָה plantare, et quæ fiunt à Radice, cuius prima litera est Iod, asciscunt Mem, vel Tau in prin-

cipio, cum Cholem, ut מושב cathedra, à Verbo שׁבּ sedere; תורה confessio, à יזרה confiteri.

Quæ fiunt à Radice cuius secunda litera est Vau, asciscunt Mem in principio cum Camets, ut קום, locus, à Verbo קם surgere: asciscunt etiam & alias literas, ut Tau initio vel in fine; ה ו ג in fine: sed hæcomnia usus melius docebit.

Quæ fiunt à Radice cuius tertia est He, asciscunt ferè Mem in capite cum Patach aut Chiric, ut בראָה visio, à ראה videre, בקנָה possessio, à קנה possidere.

Quæ denique fiunt à Radice, cuius secunda & tertia sunt similes, asciscunt initio Mem cum Camets, aut Tsere, ut מכבּ aulæum, à סכּבּ regere; מכבּ, circuitus, à סכּבּ circuire.

Per solam mutationem Punctorum quæ deriuantur nomina à suis Radicibus, facillima sunt, ut מלך rex, מלך regnare; \*calca\* דרכּ via, דרכּ tendere; siquidem & quæ citò reperiuntur, atque ipsæ Radices.

S. M. Addo quædam nomina formari e  
per repetitionem unius, aut alterius ex ra- ee  
dicalibus literis : ex. gr. בקְפּוֹק lagena à ee  
radice בְּקָקְקָה euacuauit, à קְרָדִיר incuruauit ee  
verticem קְרָקָוֶר vertex, per repetitionem ee  
primæ thematis : קְרָקָה valde viridis, vel ee  
subuiridis, à rad. יְרָקָה אַרְטָמָם impense ee  
rufus, vel subrufus à rad. אַדְמָם rubuit, ee  
שְׁחִרְחָה valde, vel parum nigra, per ee  
repetitionem duarum postremarum lite ee  
raram. De tribus ultimis, & si quæ sunt ee  
alia eiusmodi, inter Abben Ezra, & ee  
Kimchi non conuenit : Ille Cant. Cant. 1. ee  
v. 6. זֹה הַכְפֵל לְפָעַט, inquit, hoc est, ista ee  
duplicatio est ad minuendam rem: hic verò ee  
alicubi affirmat eam esse ad augendam si- ee  
gnificationem.

## C A P. III.

*De Nominibus numeralibus.*

**N**omina numeralia cardinalia, tria quædam apud Hebræos habent propria: Vnum, quod masculina à tribus ad decem habent terminacionem fœmininorum, & contrà fœminina masculinorum, paucis exceptis.

Alterum, quòd Nomina ista numeralia numeri singularis iunguntur substantiis numeri pluralis, & contrà dicimus enim חמש שנים, *quinque anni*, חמישים שנים, *quinquaginta annos*.

Tertium, quòd numeri minores præponuntur maioribus, in compositione præcipuè, ut perspicuum est ex illis verbis Genesis, . *Et vixit Seth postquam genuit Enos ו שבע שנים מאות שבע Septem annos, & octingentos annos.* Porro ad maiorem commoditatem studiosorum, Tabulam omnium Numerorum subiiciemus.

## Numeri Cardinales.

Generis fœm. Generis masc.

Regim. Absolut. Regim. Absolut.

אחת אחר *Vnus*שנים שני *Duo*שלשה שלש *Tres*ארבעה ארבע *Quatuor*חמשה חמיש *Quinque*שש ששית *Sex*שבע שביעת *Septem*שמנה שמינית *Octo*תשע תשעת *Nouem*עشر עשרה *Decem*אחד עשר ענדיכם *Undecim*

שתיים עשרה Duodecim

שלש עשרה Tredecim

ארבעה עשרה Quatuordecim

חמשה עשרה Quindecim

שש עשרה Sexdecim

שבע עשרה Septemdecim

שמונה עשרה Octodecim

תשע עשרה Nouemdecim

## SCHOLIA.

Duo illi *compositum* aliis numeris mutant secundum ac tertium Punctum in unum Tseret, **שְׁנִים**; cum alijs Nominibus aut perdunt, ut **מְ**, **שְׁנִי** **אֲנָשִׁים**, **שְׁנִים אֲנָשִׁים**.

Deinceps communis sunt generis usque in infinitum.

**Quinquaginta Quadraginta Triginta Viginti**  
**עִשְׂרִים שְׁלִשִׁים אֶרְבָּעִים חֲמִשִׁים**  
**Nonaginta Octoginta Septuaginta Sexaginta**  
**שְׁשִׁים שְׁבָעִים שְׁטוֹנוֹים תְּשֵׁעים**  
**Bis mille Mille Pluries centum Bis centum Centum**  
**מֵאוֹת מֵאוֹת אלף אלף**  
**Bis decem millia Decem millia Pluries mille**  
**אלפים רבבה רבוזא רבותים**  
*Pluries decem millia.*  
**רבבות vel \*** **רבבות**

\* In Regimine.

## Numerus ordinalis.

Generis fœmini. Generis masculini.

Secunda Prima Secundus Primus

ראשונה שנייה

Quarta Tertia Quartus Tertius

שלישית רביעית

Sexta Quinta Sextus Quintus

חמשית ששית

Octaua Septima Octauus Septimus

שביעית שמינית

Decima Nona Decimus Nonus

תשיעית עשרית

S. M. Ultra decem non est ordinalis  
numerus : eius loco deinceps usurpatur  
cardinalis : vndecim ו vndecim  
cimus significat עשרים וviginti ו vi-  
cesimus, ו sic deinceps. Cardinalia enim  
à decem ordinalia indifferenter esse  
possunt.

## C A P . I V .

## DE PRONOMINE,

Prono-  
mina  
Hebreis  
sunt 4.  
+ Affixū \*  
vulgō  
nomi-  
natur.

**Q**VATUOR sunt Hebræis Pronomina,  
Primitium , Deriuatium , seu  
+ Affixū \* Possessium , Demonstratiuum , &  
vulgō Relatiuum.

## Inflexio Pronominis Primitiui.

Nominatiuus sing.	Genitiuus.	Datinus.	Accusatiuus.	Ablatiuus.
ego com. gen. <b>אנכי</b>	mei com. gen. <b>שלֵי</b>	mibi com. ge. <b>לִי</b>	me com. gen. <b>אוֹתִי</b>	à me com. ge. <b>מִמְנִי</b>
tu masc. gen. <b>אתָה</b>	tui mas. gen. <b>שְׁלֵה</b>	tibi mas. gen. <b>לֶךְ</b>	te masc. gen. <b>אוֹתָךְ</b>	à te masc. ge. <b>מִמְךָ</b>
tu fœm. gen. <b>אתָת</b>	tuisœm. gen. <b>שְׁלֵךְ</b>	tibi fœ. gen. <b>לֶךְ</b>	te fœm. gen. <b>אוֹתָךְ</b>	à te fœ. gen. <b>מִמְךָ</b>
ille mas. gen. <b>הוא</b>	illius mas. ge. <b>שְׁלֵוּ</b>	illi mas. gen. <b>לוּ</b>	illum mas. g. <b>אוֹתוֹ</b>	ab illo m. ge. <b>מִמְנוֹ</b> vel <b>מִנְהָה</b>
illa fœm. gen. <b>היא</b>	illus fœ. gen. <b>שְׁלֵרָה</b>	illi fœm. gen. <b>לֶרֶת</b>	illam fœ. gen. <b>אוֹתָהָהּ</b>	ab illa fœ. ge. <b>מִמְנָהּ</b>

Nominatiuus. plur.	Genitiuus.	Datiuus.	Accusatiuus.	Ablatiuus.
nos com. gen. נוּם	nostrū com. g. שְׁלִינוּ	nobū com. ge. לְנוּ	nos com. gen. אוֹתָנוּ	à nobis cō. ge. מְטַנוּ
vos mas. gen. אתם	vestrū m. ge. שְׁלָכֶם	vobu mas. ge. לְכֶם	vos masc. ge. אתכֶם	à vobis m. ge. מְמַכֶּם
vos fæm. gen. אתון	vestrū fæ. ge. שְׁלָכוּ	vobis fæ. gen. לְכוּ	vos fæm. gen. אתכוּ	à vobis fæ. g. מְמַכְּנוּ
illi masc. gen. הֵם	illorū masc. g. שְׁלָחוּם	illis masc. ge. לְמוֹ vel לְהֵם	illos mas. gen. אותָם	ab illis mas. g. מְהֵם
illa fæm. gen. הֵן	illarum fæ. g. שְׁלָחוֹן	illis fæm. gen. לְהֵן	illas fæ. gen. אותָן	ab illis fæ. ge. מְהֹן

\* Orientales Indæ legunt ab hisque Dages in Nun, ut distinguiatur ab ablative tertiae personæ.

11. Est autem hoc loco obseruandum, pronomen ipsum integrum esse illud quod habetur in nominatio, quo etiam utimur pro vocatio. Pro casib. reliquis fit quædam compositio ex articulis, & ultimis literis pronominis, ut ex præmissa Tabella intelligi potest.

Pronomē IIII. Iam verò pronomē possessiuū posses-  
suum. fit \* ex vltimis literis pronominis pri-  
\* ferē. mitiui, adiunctis cuicunque nomini,  
eo modo quo adiunguntur articulis.

Exemplum pronominis possessiui.

Prime per- sonae comm. generis.	Secundæ personæ masc. gen.	Secundæ personæ fæm. gen.	Tertia per- sonæ masc. generis.	Tertia per- sonæ fæm. generis.
verbū meum.	verbū tuum.	verbū tuum.	verbū eius.	verbū eius.
דְבָרִי	דְבָרֶךָ	דְבָרֶךָ	דְבָרוֹ	דְבָרָה
verba mea.	verba tua.	verba tua.	verba eius.	verba eius.
דְבָרִי	דְבָרֵיךְ	דְבָרֵיךְ	דְבָרֵינוּ	דְבָרִיה
verb. nostrū.	verb. vestrū.	verb. vestrū.	verb. eorum.	verb. earum.
דְבָרָנוּ	דְבָרָנֶם	דְבָרָנֶם	דְבָרָם	דְבָרֵנוּ
verb. nostra.	verb. vestra.	verb. vestra.	verba eorū.	verba earū.
דְבָרַינוּ	דְבָרִיכֶם	דְבָרִיכֶם	דְבָרִיהָם	דְבָרִיהָן

Pronomē IIII. Demonstratiuum pronomē nu-  
meri singularis masculini generis est  
זה, hic iste; fœminini gen. זו, זה,  
hæc ista; communis generis, הַיְה & hæc.  
In numero autem plurali utriusque  
generis אלה, & אלה isti & istæ.

Pronomē V. Relatiuum pronomē extra inter-  
rogationem est אשר, utriusq; generis,

& numeri: significat enim, qui, quæ, quos, quas, cuius, cui, quorum, quarum, quibus, &c. & loco huius sæpe ponitur sola litera ψ.

v 1. Interrogatiua sūt מַה, quo-  
rum primum dicitur solūm de homi-  
ne, vt מִי אַתָּה בְּנֵי. quis tu fili mi? Gen. 17.  
reliqua tria dicuntur de omnib. rebus  
excepto homine, vt מִשְׁפָט הָאִישׁ,  
Quod iudicium, siue, Quis habitus illius  
<sup>a</sup> Filiae Hierusalem, hoc est, ciues urbium Hierosolymæ subditum. <sup>b</sup> Congregatrix scilicet anima, hoc est, Ecclesiastes.

השבעתִי אֶתכֶם בְנֹות יְרוּשָׁלָם אֲם תַעֲרוּ וְאָמֵת עָזָרוּ אֶת־הָאֱחָה : Et Eccl. c. 1. v. 2.

אָמַר קָהָלָת.

11. Quod diximus de Genere, etiam de Numero dici potest. Inuenitur enim sæpè Nomen numeri singularis cum Verbo numeri pluralis, ut Hag. c. 2. v. 8. וּבְאוֹחֶטֶת כָל־הָנוּם convenient desiderium omnium gentium: & contrà, ut Gen. 1. v. 14. מְאוֹרָת, sit luminaria. Solet autem hoc fieri præter communem regulam, quādō Nomen singularis numeri regit nomen numeri pluralis, vel contrà, tunc enim Verbum conuenit \* in Numero cum posteriore Nominе, etiam si in obliquo sit, ut Iob c. 15. v. 20. מְסֻפֵּר שְׁנִים.

\* quan- doque.

*numerus annorum reconditi sunt,*  
*Eccl. c. 10. v. 1. נְצָפָנוּ*  
*זָבוֹקִים טוֹת יְבָאֵשׁ יְבִיעַ שְׁמָן*  
*muscae mortis \*perdit suavitatem unguenti.*

\*Ad ver.  
fœtere  
facit,  
emana-  
re facit  
(supple-  
fœtore)  
vnguen-  
tum.

III. Solet etiam id fieri, quando  
 Nomen pluralis numeri distributiū exponi debet, vt Gen. cap. 49. ver. 22.  
*בְּנֹת צָדֶרֶת*, *filiæ discurrit*, id est, *una-*  
*quæque filiarum discurrit.*

IV. Interdum quoque id sit, cum  
 nomen plurale rem singularem significat, vt Exodi cap. 21. v. 4.  
*אֲם אֲדֹנֵי יְחִזֵּן*,  
*si domini eius dederit*, id est, *si dominus eius dederit*: accipitur enim passim nomen *אֲדוֹן*, *אֲדֹנִים*, pro *אֲדוֹן*.

V. Ad \* mysterium denique Trinitatis insinuandum, vt Gen. cap. 1. v. 1.  
*בָּרָא אֱלֹהִים creauit Dij*, id est, *Deus in personis trinus creauit.*

VI. Est etiam obseruandum, sœpe apud Hebreos desiderari Verbum substantiuum, vt Psal. 34. v. 9.  
*רָאוּ בַּיִתּוֹן, videte, quia bonus est Dominus.*

VII. Interdum non raro usurpari

\*De hac  
re vide  
postea  
in Ap-  
pendice  
nostra,  
quæ  
extat ad  
calem  
huius  
capitis.

tertiam personam Verbi Actiui in  
passiuā significatione , vt Gen. 16.  
על־בָּן קָרָא לְבָאָר בַּאֲרֵלְחִי רָאֵי . Propterea  
\* vocatus est puteus , puteus viuentis  
videntis me.

„ S. M. \* Vel vocauit ( is qui nomen in-  
„ didit) puteūm , &c. Non est nouum in He-  
„ bræa lingua verbum sic indefinite accipi .

viii. Adiectiuū & substantiuū in  
Genere , Numero & Casu plerumque

consentiant , vt Cant. c. 4. v. 1. יְפֵה רָעֵיתִי ,

pulchra amica mea . Cant. 5. v. 10. הוֹדֵי צָחָק ,

dilectus meus candidus . Interdū tamen ,  
sed rarò , inuenitur adiectiuū \* ge-  
nomen , neris masculini cum substantiuo ge-  
nominativo . neris fœminini , vt Exodi 11. versu 6.

צָעַקָּה אֲשֶׁר בָּמָהוּ לֹא נָהִיתָ , acclamatio ,

\* quæ sicut ipse non facta est .

\* i. qualis . ix. Aliquando etiam adiectiuū nu-  
meri singularis cum substantiuo nu-  
meri pluralis , vt Esa. c. 19. v. 4. אֲדֹנִים קָשָׁה .  
dominorū duri , id est , durorum . Quando  
autem adiectiuū cum substantiuo

non cōcordat in casu, sed adiectiuum  
in nominatiuo, substantiuum in ge-  
nitiuo \* est, exponi debet adiectiuum  
per superlatiuum, vel comparatiuum,  
vt 1. Reg. c. 21. v. 7. אֲבִיר הָרָעִים, poten-  
tissimus pastorum. Esa. c. 29. v. 11. חַכְמֵי יְוָעֵץ, sapientissimi consiliariorum, vel sapien-  
tiores consiliariorum.

S. M. \* Plurali, ut in exemplis Au-  
thoris, aut singulari nominis collectiui, ut “  
רַע הָאָרֹם pessimus hominis, collectiue “  
pro hominum. “

x. Adiectua quoque que apud La-  
tin os ablatiuum regunt, apud He-  
braeos regunt genitiuum, vt Ioēl. 2. v. 5.  
מִלְחָמָה, עֲרוֹךְ, instructus praelij. i. praelio;  
Psal. 24. v. 4. נֶקֶד בְּפִיכָם וּבָר לִבְבָם mundus  
manuum, וּ mundus cordis, id est, mun-  
dus manibus וּ corde.

x i. Substantiuum quando iungitur  
substantiuo, ferè vnum Nominatiui,  
alterū Genitiui est casus, vt Eccl. c. 1. v. 1.  
דְּבָרָיו קְהֻלָת בְּנֵי דָוִיד, Verba Ecclesiastæ filij  
Dauidis.

xii. Solet etiā substantium habere formam regiminis Genitiui, etiam non sequente Genitio, sed literis seruilibus, ut Ecclesiastæ c. ii. v. 4.  
**מָקוֹם שִׁיפּוֹל**, *in loco quo cadet.* 2. Reg. c. i. v. 21. **הַר בְּגָלְבֵעַ**, *montes in Gelboë.* Job c. 18. v. 2. **קָנָצִי לְמָלִין**, *fines sermonib.* Ezech. c. 13. v. 2. **נְבִיאי מֶלֶכְס**, *Prophetæ ex corde suo.* Idem iudicium de particulis his literis significatione respondentibus, ut **אֲתָה**, **אֲשֶׁר**, & similib. Porro frequentissimè apud Hebræos Genitiuus Nominis substantiui fœminini\*

\* *Addit.* ponitur pro Adiectiuo, ut Exodi c. 3. v. 5. & masculini, ut in **אַדְמָת קָדְשָׁה**, *terra sanctitatis. i. terra sancta.* exéplo

**autoris**: xiiii. Relatium & Antecedens apud Hebræos non possunt non conuenire, cum **אֲשֶׁר**, quod est Relatium, sit utriusque Generis, & Numeri, nec per Casus declinetur. Est autem diligenter notandum, Relatium interdum omitti, ac subintelligi: sicut etiam aliquando omittitur ac subintelligitur

Ante-

Antecedens : interdum autem subjungi relatiuo pronomen, quod apud Græcos & Latinos superuacaneum videretur. Exempla, Iob c. 19. v. 19. וַיְהִי, (quos, subintellige) diligebam, versi sunt in me. Gen. c. 44. v. 1. וַיֹּאמֶר בְּנֵי יִשְׂרָאֵל, (ei, subintellige) qui super domum suam præpositus erat, dicens. Gen. c. 1. v. 11. אֲשֶׁר יָרַע־בָּוּ, cuius semen eius in ipso sit.

## APPENDIX

In qua explicatur consuetudo quædam Hebraici sermonis.

S. M. Nihil valet iste locus Gen. c. 1. v. 1. « בָּרָא אֱלֹהִים i. creavit Dij, ad probandum, seu insinuandum, ut Author loquitur, Sanctissimæ Trinitatis mysterium, nec ex nomine אלֹהִים efficax ad id argumentum duci potest, quemadmodum sibi persuadent nonnulli, et monet ipse Card. Bellarminus hoc capite, sect. 5. quem tamen istius sententiæ pœnituisse postea ostendemus. »



„ Neque enim credendum est vocem אלְהִים,  
 „ et si numeri pluralis, plures illic in Deo  
 „ notare personas, alioquin verbum pluralis  
 „ numeri postularet. Sed pro consuetudine  
 „ Sacrae linguae, in qua לֹטֶר בְּכָדָר רַבִּים  
 „ עַל־הַגְּדוֹלָה לְשׁוֹן רַבִּים i. honorificum  
 „ est loqui de magnate, in numero mul-  
 „ titudinis, vox pluralis אלְהִים unum  
 „ Deum significat, atque idcirco verbo sin-  
 „ gulari gaudet: quanquam non nego in-  
 „ terdum ratione terminations habitâ id  
 „ nomen etiam de vero et uno Deo usur-  
 „ patum verbo iungi numeri pluralis. Me-  
 „ moratam illam Sacrae linguae consuetudi-  
 „ nem probant insignes aliquot loci, in quibus  
 „ non modò de uno Deo, sed de uno etiam  
 „ homine, honoris ergo numerus pluralis,  
 „ imò etiam prædictum nomen usurpatur.  
 „ Insignis est ille locus Gen. 24. v. 9. Posuit  
 „ itaque seruus ille manum suam sub  
 „ femore Abrahā נְדָבָן i. dominorum  
 „ suorum, pro domini sui. Non minus in-  
 „ signis est locus Exo. 21. 4. hoc capite sect. 4;

ab ipso Autore allatus & explicatus. Sed &  
 maximè insignis est locus Exo. 7. versu 1. &  
 vide, dedi te אֱלֹהִים i. Deos Pharaoni, &  
 pro Deum. Nam Deus ibi Mosem solum &  
 alloquitur, & te dicit in sing. num. non &  
 vos; itaut absurdum sit quod quidam &  
 somniant, idcirco אֱלֹהִים i. Deos dici &  
 in num. plur. quòd Deus ibi non Mosem &  
 solum, sed & Aharonem, tanquam colle- &  
 gas, & in dignitate atque honore socios &  
 alloqueretur. Verùm, ut ita sit eò loci, &  
 quomodo ad illud tandem Exodi 4. v. 16. &  
 respondebunt? Et loquetur ipse, (scilicet &  
 Aharon) pro te (ô Moses) ad populum, &  
 sic, inquam, erit ipse, erit tibi pro ore, &  
 & tu (ô Moses) eris ei (scilicet Aharoni &  
 לְאֱלֹהִים i. in Deos, pro in Deum. &  
 An dicent ibi quoque Deum Mosem, & &  
 Aharonem alloqui? Certè si quid mysterij &  
 in nomine אֱלֹהִים lateret, non ita passim &  
 numerus pluralis de unico usurparetur, &  
 ac multò minus nomen אֱלֹהִים. Testantur &  
 supradictam consuetudinē omnes Rabbini. &

„ Sed quid quæro extraneos autores, & qui  
„ iure merito in hac causâ suspecti haberi  
„ possint, cùm ipse Card. Bellarminus posteā  
„ subducta accuratiū ac perpenſa ratione  
„ calculum reduxerit, ſententiamq; reuo-  
„ carit, ſcribens Controu. tom. 1. l. 2. c. 6.  
„ ſe non putare argumentum eſſe admodum  
„ ſolidum, quod multi afferunt pro diſtin-  
„ ctione personarum, quod Scriptura con-  
„ iungat nomen Dei plurale cum verbo ſin-  
„ gulari, ut Gen. 1. In principio creauit  
„ Dij; ſiquidem, inquit, Scripturæ con-  
„ ſuetudo id habere videtur, ut nomina  
„ illuſtrium personarum ponantur in  
„ numero multitudinis, licet verba reti-  
„ neant numerū singularē. Et paulo post,  
„ Hebræorum cōſuetudo eſt, ut nomen  
„ plurale rem singularem ſignificet.  
„ Vide plura apud illum. Vide etiam, ſi viſ,  
„ Caiet. in comment. ad illud Creauit  
„ Elohim. Non eſt, inquit, hīc locus  
„ mysterio Trinitatis diuinarum per-  
„ fonarum: &c. Interiectis aliquot lineis,

Non igitur propter mysterium diuinorum personarum, sed propter rem singularem, cui appropriatur nomen Elohim, Moses iungit nomen Elohim cum verbo creauit, nulla interueniente incognitatem: eò quod est constructio de significato, non inusitata apud viros doctos. *Multis in hac re etiam magnis viris, sed Hebrææ linguae ignaris, imposuit post Magistrum Sentent. lib. 1. distinct. 2. quidam, vir, fatendum enim quod est, doctissimus & Hebræarum literarum peritissimus, sed interdum, & saepius quam vellem, illius enim viri gloriæ faueo, à veritate Hebraicâ alienior, (quod cum dico, non vereor ut Hebraice docti vanitatis me coarguant) qui quodam in libro frigidum esse dicit, quod hebræoli commentantur, consueuisse linguas omnes דָּרְךָ הַכְּבוֹד, honorisque causâ pluraliter loqui de insignibus personis, &c. scribitq; voce pluralis numeri אלְהִים rerum aliquam pluralitatem.*

,, in Deo significari. *Hebræolos* solet eos  
,, appellare, ac sciolos, quibuscum conuenire  
,, non placet, ut interim maiorē sibi doctrinæ  
,, auctoritatem conciliet. *Cautè dissimulat*  
,, locos illos, quos modò cito ui, nec respondet:  
,, *Imò audet affirmare nullū in Scripturis*  
,, exemplum extare, quo celebres per-  
,, sonas pluralis numeri voce appellatas  
,, doceamur, cum tamen in locis à nobis  
,, notatis, & alijs manifesta sint exempla ei  
,, qui veritatem nescit dissimulare. *Quan-*  
,, *quam ea dicit non carere controuersia,*  
,, ac vel grammatica vel arcana exposi-  
,, tione dilui posse. *Si Grammatica, cur*  
,, *eam tot præstantes Græmatici ignorarunt?*  
,, *Si tam arcana est illa expositio, cur illam*  
,, *non docebat? Quasdam ille adfert rationes*  
,, *suæ sententiæ, at quæ, non dicam arcana,*  
,, *sed prompta ratione solui possint. Desinent*  
,, *igitur nostri Theologi, si mihi fidem habere*  
,, *velint, usurpare locum illum Gen. Creauit*  
,, *Dij, ad probandum Sacrosanctæ Trinitatis*  
,, *Sacramentum, præsertim si res agatur cum*

Iudeis: nam planè argumentum ex eo loco  
 ductum, apud illos nō modò nullius est mo-  
 menti, sed est omnino ridiculū. Vrgeamus  
 potius illos ex veterū Rabbinorum libris,  
 unde non leuia argumenta ad probandam  
 Trinitatē depromi possunt, & alijs Sacræ  
 Scripturæ locis ad id efficacioribus, nec  
 quæramus veritatem in nebulis. Verùm  
 quoniam disputatio hæc non est huius loci,  
 nec nostri instituti, satis habebo dicere, ut  
 ad propositum reuertar, plerosq; omnes  
 qui nomen aliquod habent in literis He-  
 braicis, locutionem illam pluralem de Deo  
 lingua Hebraicæ consuetudini tribuere;  
 imò illum quem consultò nominare nolo,  
 in libro quodam quem scripsit de Syntaxi  
 Hebræorum, sect. 2. agnoscere, ex proprie-  
 tate lingua esse, quod vox אֱלֹהִים plur.  
 num. Dominum significet. Si plura scire  
 voles hac de re, necnon de Syntaxi He-  
 bræorum, lege eos qui prolixius ijs de rebus  
 scripserunt, Ioh. Drusium in libello de  
 nomine אלהים, Ioh. Buxtorfum, qui

„, eam Hebræorum consuetudinem , de qua  
 „, nobis sermo fuit , sicut & vniuersam illo-  
 „, rum Syntaxin & quicquid ad Hebraicas  
 „, phrases attinet , doctissimè persecutus est in  
 „, Thesauro Grammatico , lib. 2. Eum  
 „, librum sibi comparare debent , quibus ani-  
 „, mus est serio Hebraicari .

---

## C A P. V.

## De Poëtica.

**Q**uoniam Cantica omnia recentium Hebræorum ( vetus enim Poëtica Mosis , & Prophetarum penitus ignoratur ) in Versus , Versus in Hemistichia , Hemistichia in Pedes , pedes in syllabas resoluuntur : de syllabis primū , tum de pedibus , deinde de hemistichiis , postremò de versibus explicandum erit .

I. Omnis syllaba aut longa est , aut breuis . Longa dicitur quæcumque constat uno ex decem punctis vocalibus . Breuis appellatur , quæ constat

semipuncto, videlicet Sceua mobili, siue simplici, siue composito. Itaque in hac voce וְזַעֲקָה, prima est breuis, secunda longa, tertia breuis, quarta longa. Est etiam breuis vocalis punctum Schurec, quando ponitur loco semipuncti sceua ante literas labiales, \* vel literam sceuatam, ut:

פָּרֹו וְרַבּוֹ וּמִלְאָאָא תְּחִטֵּה

S.M.\* *Eiusmodi* *ante Scheua nō habetur* “  
à Poëtis pro vocali breui, sicut nec Chiric “  
positum pro Scheua ante aliud Scheua, ut “  
omnes periti norunt: ac proinde vox illa “  
וְרַבּוֹ est utroque longa. “

Pedes duo tantum sunt, quibus insuis versibus componendis Hebræi vtruntur. Alter dicitur תְּנוּשָׁה i.motio, & constat una tantum Syllaba, eaq; longa, ut לְךָ. Alter dicitur יְתָד i.clavis, & constat duabus syllabis, una breui, altera longa, ut לְךָ.

ii. Hemistichiorum, quæ syllabis, seu pedibus paria ac similia esse debet,

prius dicitur דלת i. *ostium*, quia inde est ingressus in carmen, posterius dicitur סגנָה i. *clausula*, quia versum claudit.

III. Debent autem Hemistichia vel vnum sub alio scribi, vel si in eadem scribantur linea, ita distingui ac separari, ut facile per se singula spectari queant.

IV. Versus integer dicitur בית i. *domus*, cō quod ostium habeat, & interiora usque ad ultimum parietem; & si quidem versuum numerus ad decem non perueniat, Epigramma efficitur, quod dicitur פסוק\*, quasi vnam tantum periodum complectatur: si vero ad decem perueniat, vel eum numerum superet, carmen efficitur, quod שיר, siue שירן i. *Canticum* nominatur. Porro versuum genera in vniuersum duo sunt; vnum dicitur פשוט i. *simplex*, quod solis constat תנוועות, hoc est, longis syllabis, nec ullum admittit Sceua mobile, quale est illud R. Mosis

\* i.  
versus  
seu pe-  
riodus.

Maimonis: רַעַי הַזָּוְלָק לִנְחֹות דֶּרֶךְ  
יְוָשֵׁר לְסַלּוֹל אֶת-מִסְלָוִלָּה:

*Mens mea contendit adducere ad viam  
rectitudinis, sternere viam tritam.*

v. Alterum dicitur מְרֻכָּב i.e. Compositum,  
quod partim ex יִתְדַּר, partim ex תְּנוּעָות  
componitur. Sunt vero huius generis  
17. formæ, quæ ex varia horum duo-  
rum pedum permixtione consurgunt,  
ut in subiecta tabella apparet.

Prima v	— — — — —
2	v — — — — — u — — —
3	v — — — — — u — — —
4	v — — — — — u — — —
5	v — — — — — v — — — u — — —
6	v — — — — — v — — — v — — — u — — —
7	— v — — — — — u — — —
8	— — — — — v — — — — — u — — —
9	— — — — — v — — — — — u — — —
10	— — — — — v — — — — — sed ultimum
11	— — — — — v — — — — — potest transire
12	— — — — — v — — — — — in v —
13	— — — — — v — — — — — u —
14	— — — — — v — — — — —
15	— — — — — v — — — — — sed ultimum v —
16	— — — — — v — — — — — v — — — in fine Versus
17	— v — — — — — v — — — u — — — potest transire in —

vi. Est autem obseruandum, He-  
breos ad sua Carmina quodammodo  
condienda, Rhithmum tamquam

salem adhibere solere. Id quod faciunt tribus modis, nam aliquando Rhithmū ponunt solum in fine singulorum versuum, ita ut duo versus similiter desinant, ut illa Latina:

*Si vis in columnem, si vis ierreddere sanum,  
Curas tolle graues, irasci crede profanum.*

Et hoc dicitur קשור i.e. Carmen ligatum. Aliquando Rhithmum consti- tuunt in fine singulorum Hemisti- chiorum, ut in illo Latino:

*Contra vim mortis, non est medicamen  
in hortis.*

Et hoc dicitur חזרה i.e. Carmen rhithmicum. Aliquando denique sin- gula Hemistichia in duas Pausas di- stinguunt, ita ut in toto verso quatuor sint Pausæ, quarum tres primæ cum- dem Rhithmum habeant, postrema conueniat cum postrema Carminis superioris, ut in his Latinis:

*Quamquam tacet, multis placet, raro  
iacet vir optimus:*

*Quidquid loquetur, despicietur, nec  
coletur pessimus.*

Et hoc dicitur מְחַלֵּק. i. *Carmen diuīsum*: Exempla horum omnium peti possunt ex *Canticis Heliæ*.

vii. Porro Rhithmi ipsi tribus modis fieri possūt: vel enim solæ duæ vltimæ literæ sine punctis conueniunt, ut דָבָר, דָבָר; vel solæ vltimæ cum suis punctis, ut אָבָד, עָמָר, & hic dicitur Rhithmus שָׁבֵד. i. *Transiēs*, siue *vulgaris*: vel duæ literæ vltimæ cum suis punctis, id est, integræ syllabæ cōsentiantur, ut לְשֻׁמָּר, לְאַכְוֹר. & hic dicitur Rhithmus רָאִי. *Conspicuus elegans*: vel denique plures literæ cum suis punctis, hoc est, duæ integræ syllabæ similiter cadunt, ut עֲנִינִים, אֲנִינִים, עֲנִינִי, & hic dicitur Rhithmus מְשֻׁבָּח. i. *Excellens*. Et quanquam imperitiores ad Rhithmos componendos cōfundant eas literas, quæ sunt \* eiusdē soni, ut כ & ק; id tamen vitari debet ab <sup>\* vel</sup> potissimum affinis. iis, qui accuratè scribere conantur.

S. M. Plura de Poëtica Hebræorum  
scriberem, nisi longum esset, nec admodum  
multis necessarium, multiq; iam ea de re  
copiosè scripsissent, inter quos præcipue  
Genebrardus, vel potius R. David Iechaias  
in libello de Metris, quem ille ex Hebræo  
in Latinum sermonem conuertit, additis  
annotationibus, Ioh. Buxtorfius tract.  
peculiari, qui extat ad calcem Thesauri  
Grammatici.

FINIS.

---

## OMISSA SVPPLENDA.

Pag. 51. post hæc verba primæ lineæ, “  
 sit ad rem. addas velim maioris perspi- “  
 cuitatis ergo, Sanè punctū illud in medio “  
 literæ Iod, si quod esse debet, (nam hæc vox “  
 in emendationibus exemplaribus absque “  
 illo punto scribitur) est Daghæ forte. “

Pag. 54. lin. vlt. post hæc, nisi quod “  
 paulò lentiùs, adde, clariùsque. “

Pag. 57. lin. 16. post hæc, virgulâ rectâ “  
 infrâ, addendum vel suprà. “

Eadem pag. lin. 19. post hæc, Gram- “  
 maticorum accentuum figuræ mutuantur: “  
 adde, si vis, videlicet Mounach & Kadma “  
 saepe ante Zakeph katon, Kadma ante “  
 Geresch, Merca peschouta seu simplicis “  
 ante Tarcha, Mounach ante Rebia, & “  
 aliorum etiam in libris Job, Psalmorum, “  
 & Proverbiorum. “

Pag. 61. lin. 12. post hæc, in predictis “  
 libris, adde, si vis, ante Merca Peschouta, “  
 & Mahpach, musici concentus gratiâ. “

- „ Pag. 81. post primam lineam hæc  
 „ deerant in nostro exéplari, quæ ex alio-  
 „ rum exemplarium fide suppleuimus:  
 „ præponitur cùm format nomina \* pro-  
 pria, ut יִצְחָק, יְהוָה: & hinc apparet no-  
 men illud יְהוָה esse proprium nomen Dei:  
 postponitur autem cùm format nomina  
 gentilia, vel patronymica, vel numeralia  
 ordinalia, ut עֵבֶרְיָה Hebraeus, אַרְפָּתִי Gallus.  
 „ S. M. \* Nominibus appellatiuis inter-  
 dum etiam, sed raro præponitur, ut יהָלָם  
 Adamas, יְלָקֹוט Pera.  
 „ Pag. 97.lin.14. ad exemplum וְ hæc  
 „ deest nota. Pro וְ substitue תְּמִם per-  
 „ fectus, quod in plurali facit תְּמִים. Nam  
 „ וְ non habet . , nisi in maiore seu distin-  
 „ guente accentu: alias habet Pathach: quo  
 fit ut non sit aptum exemplum.

EXERCITATIO  
GRAMMATICA  
IN PSALMVM XXXIII.

Secundùm Hebræos xxxiv.

A V G T O R E  
ROBERTO BELLARMINO  
POLITIANO è Societate IESV  
S.R.E.Presb. Cardinale.

*Per S. DE MVIS Professorem Regium  
aucta, ac recognita.*

*Numeri qui in hac Exercitatione  
passim citantur, nostra Gramma-  
tica respondent: quorum prior  
paginam, posterior lineam  
designat.*



PSALMVS  
ALPHABETICVS  
trigesimus-tertius,

Secundum Hebraeos trigesimus-quartus.

מִתְמֻזָּר לְךָ

לֹדוֹר בְּשַׁנּוֹתְךָ אֶת-טְעַמוֹ לְפָנֵי אֲבִימָלָךְ  
וַיָּגַר שָׁהוּ וַיָּלֹךְ:

בְּרָכָה אֲתִיהוֹה בְּבָלָעָת תְּמִיד  
תְּהַלְתָּו בְּפִינָּא  
בְּיְהוָה תְּהַלֵּל נֶפֶשׁ יְשָׁמֵעַ  
עֲנוּיִם וַיְשַׁמְּחוּ:

נְדָלוּ לְיְהוָה אֲתִי וַיְרַומֵּמָה שְׁמוֹ יְחִדוֹ:  
דָּרַשְׂתִּי אֲתִיהוֹה וַעֲנֵנִי וּמְבָלָמְנוֹרוֹתִי הַצְּלָנוּ:  
הַבִּיטָּו אַלְיוּ וַנְהָרוּ וַפְנִיחָס אַלְיְחָפָרוּ:  
זֹה עַנִּי קָרָא וַיְהֹוָה שְׁמָעַ וּמְבָלָצְרוֹתִו הַוְשִׁיעָוּ:  
חַנָּה מְלָאָקִיָּהוָה סְכִיבָּ לִירָאוּ וַיְחַלְצָסָּה  
טְעַמוֹ וַרְאוּ בִּיטּוֹבָהוָה אֲשֶׁרִי הַגָּבָר יְחַסְּחָבָוּ  
יַרְאוּ אֲתִיהוֹה קְרַדְשָׁוּ בְּיַאֲן מְחַסּוֹר לִירָאוּ

R z

בְּפִירִים רָשׁוֹ וַרְעָבוֹ וַדְרֵשִׁי יְהוָה לְאַיִחְסֶרוֹ  
כָּל־טוֹב:

לְכֻבָּגִים שְׂמֻעוֹלִי יְרָאת יְהוָה אֶלְמְרָכָס:  
טִיחָאִישׁ הַחֲפִזׁ חַיִּים אֶחָב יְמִים לְרָאֹת טָבוֹ  
נָצֶר לְשׁוֹנָךְ מְגֻעָה וְשִׁפְתִּיךְ מְדָבֵר מְרַמָּה:  
סָור בְּרָע וַעֲשָׂה־טוֹב בְּקַשׁ שְׁלוֹם וַרְפָּחוֹ:  
עַנִּי יְהוָה אֶל־צְדִיקִים וְאַוְנוֹי אֶל־שְׁוּעָתָם:  
פָּנִי יְהוָה בְּעֵשִׂי גָּעַל הַכְּרִית פָּרָעָז וּבְרָס:  
צַעַקְוּ וַיְהִי שְׁמַע וּמְכַל־צְרוֹתָם הַצִּילָּם:  
קָרֹב יְהוָה לְנִשְׁבְּרִילָב וְאַתְּ־דְּבָאִירָה יוֹשִׁיעָן:  
רְבָות רְעוֹת צְדִיק וּמְבָלָס יַעֲלֵנוּ יְהוָה:  
שְׁמַר כָּל־עִצּוֹתָיו אַחֲת מְחַנָּה לֹא נִשְׁבְּרָה:  
תִּמּוֹתָת רְשֵׁעָה רְעַשׁ וְשָׁנָאי צְדִיק יַאֲשָׁמוֹ:  
פָּורָה יְהוָה נֶפֶש עֲבָדָיו וְלֹא יַאֲשִׁמוּ כָּל־הַחֲסָסִים  
בָּוּ

EXERCITATIO  
GRAMMATICA  
in Psalmum xxxii.

*Secundum Hebreos trigesimum-quartum.*

---

S. M.

xxxiv. Psalmus

לְרַבָּןִים  
בְּזִמְטָר  
אֶגְמָר  
Mitzmor

[מִתְמָר] Psalmus. Nomen heemanticum «  
formatum additione literæ מ, à verbo זִמְרָה «  
quod significat psallere. vide pag. 80. lin. 9. «

[לְרַבָּןִים] xxxiv.\* Apices supra literas hic \* Non  
significant has literas esse pro notis nume- semper  
rorum accipiendas, nimirum ל pro xxx. appo-  
ל pro iv. Vide Alphabetum, col. i. ad fini- nuntur  
stram. Porrò his nominib. Hebrei xxxiv. isti  
significant, אַרְבָּעָה, וְשִׁלְשִׁים, hoc est, apices.  
quatuor & triginta, necnon quartus & «  
trigesimus: nam ultra decem non est ordi- «  
nalis numerus, sed eius loco deinceps usur- «  
patur cardinalis. Vide Caput de Nominib.

R iij

„ Numeralibus, ac præfertim pag. 87. lin. 13.  
 „ Est autem hic Psalmus unus ex iis quo-  
 „ rum versus à literis secundum Alphabeti  
 „ Hebraici ordinem incipiunt, quanquam  
 „ litera 1 versum non incipit, sed medium  
 „ tantum versus. Ea res num ad Musicam  
 „ pertineat, an vero tatum memoriae caussa,  
 „ quod multum interesset memoriter teneri  
 „ hanc Psalmum, hoc à Propheta institutum  
 „ sit, affirmare no ausim. Rabbini, qui tamen  
 „ ut nihil non scire videatur, quiduis potius  
 „ comminiscuntur, huius rei causam se igno-  
 „ rare ingenuè fatetur, nisi quod ita forrasse  
 „ Davidi suggesserit Spiritus Sanctus,  
 „ hoc est, ex illorum mente, instinctus seu  
 „ afflatus quidam diuinus. Porro occasio-  
 „ nem huius scribendi Psalmi sequens titulus  
 „ ostendit: Ḳ historia, cuius mentionem  
 „ facit, copiosè describitur 1. Sam. 21.

לדוד בשנותו את-טהמו לפנִי אבימלך : Abimelechis facies ad suum gestū ipsū mutando in , Davidis  
 לדוד בשנותו את-טהמו לפנִי אבימלך : Abimelech lipne taamo-eth beschannoitho Ledhauidh  
 לדוד בשנותו את-טהמו לפנִי אבימלך : abiit & eum expulit &  
 לדוד בשנותו את-טהמו לפנִי אבימלך : vaishelach vaigharefchéhou

[לְדוֹד] Dauidis sub. Psalmus. Litera **ל** est seruialis, deseruitq; hoc loco, & quoties **ל** nominibus propriis, & possessiuis præponitur, pro Articulo genitiui casus, quæ alioquin solet esse articulus Datiui. Sic (a) Gallis communis est articulus datiuo & genitiuo. habet Scheua de more seruilium. Vide pag. 75. 15. & pag. 229. penult. **דוֹד** Nomen est proprium amabilem seu amicum significans, à radice **דוֹד** quæ inter alia amicum, dilectum significat. Habet supra medium verticem literæ accentum distinguentem Rebia, qui præterquam quòd syllabam attollit more aliorum accentuum, etiam minimis distinctiōnibus seruit. Vide pag. 55. & pag. 56. 20.

[בְשֻׁנוּתָו] in mutando ipsum, hoc est, quum mutauit ipse. Litera ב formatiua est Gerundij, & habet Scheua de more seruilium. Vide pag. 134. 18. **שֻׁנוּתָו** est Infinitiūs Piel à radice quiescente Lamed He ב שֻׁנוּתָו mutatus est, vide pag. 185. 2. cum Affixo, quod actiūe exponi debet. vide pag. 202. 19.

» [אַתְ] Articulus est Accusatiui casus,  
 » qui quidē propter Maccaph scribitur per  
 » cūm aliās sine Maccaph habeat Tsere.  
 » Vide pag. 75. 4. & pag. 94. 19.  
 » [טָעַמּו] gestum seu sensum suum.  
 » Nomen est cūm Affixo tertiae personae sing.  
 » mas. ab absoluto טָעַם, quod mutat duplex  
 » pathach eodem modo, quo בְּנֵד, &  
 » mutant duplex Segol, nisi quod hic sub y,  
 » utpote gutturali, est chateph pathach:  
 » (quanquam in plerisque exemplaribus est  
 » Scheua simplex.) Vide pag. 105. lin. 11.  
 » Radix est טָעַם gustauit. Aduerte in hac  
 » dictione, & alijs huius Psalmi, accentum  
 » \* Tarcha, (quod tantum & s̄epissimè fit  
 » in Psalmis, Proverbijs, & libro Iob) qui  
 » ad ultimam syllabam acuendam pertinet,  
 » ante omnia puncta vocalia primum occur-  
 » rere; quod, opinor, fit musici concentus  
 » gratiā. Vide pag. 61. 18.

\* Tiphcha Germani appellatur.

» [לְפִנֵּי] ad facies, id est, coram. Litera ל  
 » seruilis est, significans ad. Vide pag. 230 3.  
 » Habet Chiric paruum pro Scheua propter

alterum Scheua sequens. Vide pag. 95. li. 4.   
 פָנִי facies, nomen est generis masculini,   
 numeri pluralis in regimine, cuius absolute   
 sum est פָנִי, quod singulari caret. Radix   
 est פָנַן; aspexit, וְ.

[ אֲבִימֶלֶךְ ] Abimelech. D. Basilius   
 et alij existimant nomen hoc Regibus   
 Palæstinæ fuisse commune, sicut Ægyptijs   
 Regibus nomen Pharaonis, aut Romanis   
 Imperatoribus nomen Cæsar. Nam et   
 tempore Abrahami, necnon Isaaci, Rex   
 qui Palæstinæ regno præerat, dicitur Abi-   
 melech, Gen. 20. et 26. nomine ex voce   
 אָבִי patrem, et alterā מֶלֶךְ i. Regem   
 significante, compositā. R. David in suis   
 Comment. obseruat Abimelech hoc loco esse   
 Achis Regem Gath, illūq; binomiu fuisse:   
 aut certè omnibus Palæstinorum regibus   
 hoc est, שֵם כָּנוּ, cognomentū Abimelechis   
 fuisse. Idem fere notat R. Salomo Iarchius.   
 Constat ex \* 1. Sam. 2. Regem de quo hic   
 fit mentio, fuisse Achis Regem Gath:   
 quem Rabbinorum quidā in lib. cui titulus

„est מְרַשֵּׁן. i. Cōmentatio mystica,  
 „Abimelechem cognominatum volunt,  
 „quòd is erga Dauidem, in quem, frustra  
 „hortantibus cunctis ad eius perniciem,  
 „sæuire noluit, eodem modo affectus sit,  
 „quo olim Abimelech erga Abrahamum  
 „& Isaacum. Porrò hic in אָבִימֶלֶךְ est  
 „Atnach accentus grammaticus distin-  
 „guens, qui, præterquam quòd syllabam  
 „attollit more aliorum, distinguit medias  
 „periodos, seu membra orationis. Vide pag.  
 „56. lin. 12.

„[וַיַּגְּרַשׁ] & expulit eum. Litera rest  
 „copulativa, & conuersiva simul futuri in  
 „præteritū, ideoq; habet -, nec tamen literæ  
 „sequēti, ut pote scheuat & imprimat Dages.  
 „Vide pag. 228. s. Habet accentū Geresch,  
 „qui hic, & alibi sæpiissimè in libris Job,  
 „Psalmorum & Prouerbiorum, Musicum  
 „aliquem tenorem notat, & accentui distin-  
 „guenti Rebia, in eadem dictione, cuius  
 „primæ syllabæ ac literæ insidet, tanquam  
 „individuus comes præire solet. גַּרְשָׁהוּ

expellet eum, est tertiae personæ, singularis, masculinæ, Futuri Piel, cum Affixo tertiae personæ singularis numeri, generis masculini, propter quod secundæ radicalis versum est in Scheua, vide pag. 204. 14. Sub prima thematis est pro- & Daghæ quod secunda thematis recipere non potest. Vide pag. 142. in fine, & 143. initio. Linea illa perpendicularis, quæ appingitur ipsi, est accentus rhetoricus Methegh, cuius officium est retinere syllabam, quam afficit. pag. 53. 20. In penultima est accentus Rebia, de quo supra, in dictione לְדוֹד.

[וַיָּלֹךְ] & abiit, scilicet Dauid. וַיִּשְׁרַעֵל est, estq; copulatum & conuersuum simul futuri in præteritum, ideoq; obtinet, & imprimis Daghæ sequenti literæ. pag. 228. 5. Non tamen retrahit accentum ab ultima in penultimā, propterea quod est in pausa, propter quam etiam est in ultima. Nam à radice quiescente Pe Iod לְךָ iuit, &c. in Futuro debebat esse לְךָ ibit, siue abibit masculini gen. cum duplice Tsere.

„Vide pag. 228. 18. Accentus huius dictionis  
 „est Soph Pasouk, qui syllabam acuit, quem:  
 „admodum omnes accentus grammatici, &  
 „præterea distinguit periodos. Vide Caput  
 „de Accentib. in prima Parte, & præsertim  
 „pag. 55. lin. 19.

---

## ¶

## Versus 1.

semper : tempore omni in Dominum Benedicam

תָמִיד

אַתְיֵה־זֶה בְּכָל־עָתָה

\*Experi- tamid

mit y

per gh.

Ego

nulla

litera

Græca

aut La-

tina ex-

primi

posic

puto,

sed tan-

tum

viva

voce.

\* gheth bechol Adonai eth Auarecha

.meo ore in eius laus

בְּפִי

vephi

תְּהִלָּתוֹ

tehillatho

[אַבְרָכָה] Benedictam. Est prima per-  
 sona singul. Futuri à Verbo in בְּךָ Coniugatione Piel. Itaq; prima litera  
 נ est formatiua primæ personæ Futuri.  
 Vide in Grammatica pag. 137. lin. vlt.  
 Deberet autem hæc litera habere sub  
 se Sceua simplex; id enim requirit  
 Coniugatio Piel: tamen habet Sceua  
 compositum, quia literæ gutturales,

qualis est & non patiuntur sub se initio  
dictionis Sceua simplex. Vide pa. 37. 21.  
Secunda litera ב est prima Radicalis,  
& habet sub se Camets, non Patach, ut  
Coniugatio Piel requireret, quia se-  
quens litera deberet habere Daghēs  
forte, quod est signum Coniugationis  
Piel, cuius tamen non est capax, &  
propterea suppletur per longam vo-  
calem præcedentem. Vide pag. 142. 22.  
Linea quæ sequitur post Camets, est  
Accentus Rheticus, qui dicitur  
Metheg, cuius officium est retinere  
syllabam, \* sine quo illud Camets non  
esset Camets, sed Camets chatuph.  
S. M. \* *Sine illo, . esset Camets. Non enim Camets necessariò debet habere Methegh.* Vide pag. 29. 2. Tertia litera  
quæ est ת, est secunda Radicalis, & de-  
beret habere sub se punctum Tisere, sed  
habet Scheua mobile propter ת super-  
additum in fine, de quo mox dicemus.  
Quarta litera quæ est נ, est ultima Ra-

268 EXERCITATIO  
dicalis, & habet sub se Camets propter  
sequentem literam, nam alioqui Sceua  
quiescens habere deberet hoc modo,  
אַבְרָך. vltimalitera est Paragogica, orna-  
tus gratia superaddita. Vide pa. 210 vlt.

[ -תָהָ ] Est Articulus Accusatiui casus.  
Vide pag. 75. 9. Linea sequens est Ac-  
centus Rhetoricus, qui dicitur Mac-  
caph, & coniungit vnam dictiōnēm  
cum altera. Vide pag. 54. 9. Et præterea  
puncta longa mutat in brevia, ut hoc  
loco תָהָ (sic enim scribitur sine Mac-  
caph) mutat in תָהָ. pag. 94. 19.

[ יְהֹוָה ] Nomen est proprium Dei,  
cuius Radix est יהָה, quod Verbum  
significat *fuit*. Itaque prima litera, quæ  
est Iod, est formatiua Nominis pro-  
prij. Vide pag. 254. initio, in omissis.  
Reliquæ tres literæ Radicem ipsam  
exprimunt: nisi quòd loco Iod, quæ  
esset debuit secunda Radicalis, poni-  
tur 1. Sunt enim hæ literæ permuta-  
biles. Sanè pronūtiatio huius Nominis

vera atque germana ignota est: & idcirco qui primi puncta vocalia reperebunt, cum huius vocabuli sonum proprium ignorarent, puncta ei aliena, id est, Nominis אֱלֹהִים subiecerunt; nimirum ut ubi hoc Nomen אֱלֹהִים inueniremus, per aliud Nomen Dei, sonum eius efferreremus. Neque nos mouere debet, quod in voce אֱלֹהִים primum punctum est Sceua compositum, in voce autem אֱלֹהִים Sceua simplex. Id enim ex eo accidit, quod nec a initio dictionis Sceua simplex ferre possit, cum sit gutturalis litera: nec Iod Sceua compositum sub se vñquam habere soleat. Quod verò alioqui puncta Nominis אֱלֹהִים sint ipsa puncta Nominis אֱלֹהִים, & Adonai legendum sit, non Ichoua, cum occurrit Nomen Dei אֱלֹהִים, quatuor rationibus ostendi potest. Primò, quia ubicumque simul occurruunt hæc duo Nomina, ne coggamur bis dicere Adonai, ipsi Nomi-

Nomen  
Iehoua à  
recensore  
ribus ex-  
cogitatis;

הָזֶה puncta subiiciuntur Nominis אלהים, ut initio Abdiæ Prophetæ, כְּהַאֲמַר אֱלֹהִי יְהוָה; & in fine Habacuc, יְהוָחֶד אֱלֹהִי תְּלִי. Secundò, quia si præcedat hoc nomen litera seruilis ב, vel בְ, vel ל, aut ו; non scribitur בֵּיהָוה, וַיהָוה, לְיהָוה, vt secundum Regulas scribendum esset, si Iehoua pronuntiaremus, sed לִיהָוה, בֵּיהָוה, בַּיהָוה, וַיהָוה, vt Nomen ipsum Adonai requirit. Vide pag. 225. 18. Tertiò, quia post בְּנֵת כְּפַת literæ recipiunt Daghæs lene, vt in hoc ipso primo versu Psalmi perspicuum est: at hoc nō posset fieri, si legeremus Iehoua, & non Adonai. Siquidem vltima litera vocis Iehoua est ה quiescens, vltima verò vocis Adonai est, mobile; literæ autem illæ בְּגַד כְּפַת initio dictionis semper habent Daghæs lene, nisi præcedat immediate litera quiescens. Vide pag. 45. 22. Cur denique Proverb. 16. scribitur מִיהָוה; nisi quia in pronunciatione huius vocis,

vocis, post  $\triangleright$  sequitur  $\triangleleft$ , quæ litera non  
est capax Daghæs, & ideo verti debet  
Chiric in Tiere sub litera Mem. Vide  
pag. 218.20. Neque verò Rabbini pun-  
ctorum inuentores, primi sunt qui <sup>Rabbini</sup>  
nomen Dei יְהוָה per אֱלֹהִים efferre cœ-<sup>punctorum</sup>  
perunt. Siquidem S. Hieronymus istis  
Rabbinis antiquior, Exod cap. 6. v. 3.  
ita vertit illa Hebraica verba: וּשְׁמֵי יְהוָה \* Ad  
לَا נֹודַעַת לְהָם \* nomen meum verb.  
Adonai non indicaui eis. Origenes quoq;  
B. Hieronymo vetustior, in Tetraplis  
atque Hexaplis suis, in ea columna in  
qua voces Hebraicas Græcis literis de-  
scripsit, ubique pro יְהוָה אֱלֹהִים posuisse  
fertur. Ipsi etiam LXX. vetustissimi  
Interpretes semper Nomen יְהוָה per  
κύριος reddiderunt, quod Latinè  
Dominus, hebraicè אֱלֹהִים dicitur; & quod  
est omnium maximum, Christus &  
Apostoli cum sæpè ex Testamento  
veteri proferant testimonia, in quibus  
hoc Nomen continetur, nunquam

tamen *Iehoua* dixerunt, sed semper *Dominus*, cùm tamen alia Nomina propria suis vocibus expresserint, vt *Adam, Noë, Abraham, Euam, Saram, Nomen Mariam*. Denique apud veteres omnes *Iehoua* apud veteres inauditum fuit semper Nomen *Iehoua*: & licet aliqui Nomen יְהוָה per *Iaho*, vt Clemens Alexand.lib. 5. Strom. Macrob. lib. 2. Saturnal. cap. 18. & Diodorus Siculus lib. 1. Bibliothecæ; aliqui per *Iaue*, aut *Iah*, vt Theodor. q. 15. in Exodus, exprimi posse crediderunt; plures tamen hoc nomen ιηγαγάμυστι, & ἀρρητον atq; οὐεκφωνητι vocauerunt. Vide Origen. hom. 14. in lib. Numer. Euseb. lib. 11. de Præpar. Euang. cap. 8. Greg. Nazianz. orat. 4. de Theologia. Theodoret. q. 15. in Exod. Hieron. epist. 136. ad Marcellam, & in cap. 16. Ezech. Non displicet tamen eorum coniectura, qui Nomen hoc nihil aliud esse credunt, quam tertiam personam Futuri Verbi substantiui,

& hunc in modum scribi & efferride-  
bere, **בְּכָל** ijbie, quod significat erit,  
siue erat, siue est, quod propriè Deo  
soli conuenire docemur Exodi 3.

[**בְּכָל**] *in omni*. Litera ב cum Sceua  
mobili deseruit loco praepositionis *in*,  
pag. 230. 9. Vox autem **כָּל** est Nomen  
indeclinabile, significatq; *omne, totum,*  
*vniuersum*, in quolibet genere, nu-  
mero, & casu. Deriuatur per detractio-  
nem vnius literæ à Verbo **כִּיל**, quod  
significat *perfecit*. pag. 81. 11. & si quidem  
non sequatur accentus Maccaph, scri-  
bitur per Cholem : si verò sequatur, ut  
hoc loco, scribitur per Camets cha-  
tuph, **כָּל**. pag. 94. 19.

[**עַתָּה**] *tempore*. Nomen est deriuau-  
tiuum formatum per detractionem à  
Verbo **וַעֲתָה**, quod est *inuertit*, quia  
tempus videlicet omnia mutat & in-  
uertit. Sed fortasse verius diceremus  
Radicem eius esse **תְּהִי**, quod Verbum  
non est amplius in usu \*. Nam in plu-

rali **תְּנֵעַ** facit עַתִּים, vbi punctū Daghēs indicat defectū alterius Tau Radicalis. pag. 97. 13. Porrò furcula inuersa quæ subiecta est huic voci **תְּנֵעַ**, est Accentus distinguens medium periodum, diciturque Athnach. Vide pag. 56. 10.

„ S. M. \* *Imò ab hoc Verbo videtur esse*  
 „ **לְעוֹת** ad dicendum tempore suo,  
 „ *Ezai. 50. 4.*

[**תָּמִיר**] *semper*. Aduerbium temporis est, significatq; quotidie, *semper*, *iugiter*. pag. 213. 3. Est etiā Nomen, significans *quotidianum, continuum, iuge*.

„ *S. M. Duplex in hac voce est accentus,*  
 „ *quorum posterior est Rebia, de quo in titulo*  
 „ *ad vocem לְדוֹד Davidis: Prior וְרוֹה est*  
 „ *Geresch, qui hic, ut & alias saepe in hoc*  
 „ *Psalmo, Musicæ inseruit. Vide in primo*  
 „ *versu ad vocem וַיַּגְרְשֵׁהוּ & expulit eum.*

[**תָּהֲלֹת**] *laus eius*. Nomen est fœmi.

\* In Kal ninum cum Pronomine Affixo tertię est *infan-*  
*nior*, in personæ. Radix est **הַלְלָה**\*, laudauit,  
*Piel lau-* inde sit Nomen **תָּהֲלֹת**, *laus*, vbi Tau est  
*dauit.*

litera formatiua Nominis, pag. 80. 18.  
 Literæ **ה** & **ל** sunt prima & tertia Radicalis, secunda Radicalis deest, sed loco eius est Daghē forte in tertia. Postrema litera **ה** cum præcedente Camets, est signum generis fœminini, pag. 69. 13. In Regimine genitiui vertitur **ה** in **ת**, & pro **תְּהִלָּה**, dicitur **תְּהִלָּת**. pag. 76. 9. <sup>b</sup> Addito autem Pronomine Affixo, redit Camets, & fit **תְּהִלָּתוֹ**, laus eius.

S. M. <sup>a</sup> Adde, ετ . in Pathach.

<sup>b</sup> Lege hunc in modum: cum Affixis etiam ex perpetuo fœmininorum nominum canone **ה** in **ת** conuertitur; sed . vel mutatur, vel non mutatur, utcumque ius est huius puncti, dum in ultimâ syllaba locum habet: exempli gr. hic in **תְּהִלָּת**, cum Affixo **ו** manet ., quia hoc punctum propter Affixum hoc non mutatur in ultimâ syllabâ. Vide pag. 101. 14.

[בְּפִי] in ore meo. Litera **ב** est præpositio  
S. iij

in, ut suprà diximus, & caret Daghēs  
 leni propter præcedentem literam  
 quiescentem. Vide pag. 45. in fine,  
 & 46. initio. Vox autem פָּא est nomen  
 cum affixo pronomine primæ perso-  
 næ. Radix est פָּא, os, & tam in Regi-  
 mine simplici, quam cum affixo primæ  
 personæ facit פָּא, in plurali פִּים, ora.  
 pag. 100. 9. Linea subiecta huic voci  
 פָּא, est accentus distinguens integrum  
 periodum, diciturque Soph pasuch,  
 pag. 55. 19.

## ב

## Versus 11.

audient : mea anima laudabitur Domino In  
**בְּיְהוָה תִתְהַלֵּל נֶפֶשׁ יִשְׂמַע**  
 schmegu naphshchi tiyahhaler Badonai  
 laetabuntur & mansueti  
**וַיִּשְׁמַחֵו עֲנָוִים**  
 veijsmachu ganavim

[**בְּיְהוָה**] *In Domino.* Litera ב seruit  
 loco præpositionis *in:* יְהוָה est Nomen  
 Dei, de quo suprà diximus.

S. M. De accentu Tarcha, qui in priore *cciónis* loco sedet, cùm tamen ultimam *syllabam* acuat, vide in tit. ad vocem טעמו *gestum suum.*

[תְּהִלָּה] laudabitur. Et *tertia* persona *Futuri generis fœminini*, Verbi הַלֵּל, in Coniugatione Hithpael. Vide pag. 153. 18. Quia verò Verba in Coniugatione Hithpael significant actionem eiusdem in seipsum, ideo תְּהִלָּה significat, laudabitur anima à seipsa, sed in Domino, non in seipsa, id est, laudando Dominum, seipsam quodammodo laudabit, cùm laus Domini in seruos etiam redundet. Nisi magis placeat, hîc laudari accipi pro latari, & gloriari.

[נֶפֶש] anima mea. Nomen est fœmininum cum affixo pronomine primæ personæ. Radix est ipsum Nomen נֶפֶש, anima, & cum affixo נֶפֶש, anima mea. De ista punctorum mutatione. Vide pag. 104. & 105.

[עֲשֵׂה] *audient.* Tertia persona est Futuri, numeri multitudinis, Verbi עַשׂ, in Coniugatione Kal. Sicut enim à לְמֹר fit יָלִמּוֹ, ita à עַשׂ *audiuit*, fit עַשׂ *audient.* pag. 131. 13. Quia tamen Hebræi carent Imperatiuo tertiae personæ, & pro eo usurpant Futurum, idcirco noster Interpres rectè vertit *audiant.*

[מְשֻׁבֶּת] *mansueti.* Nomen est masculinum numeri multitudinis. Radix est מְשֻׁבֶּת, quod Verbum significat respondit, humilis, pauper, mitis fuit. Inde fit Nomen מְשֻׁבֶּת, *mitis, mansuetus, humilis*, ubi est loco ה vltimæ Radicalis: in plurali מְשֻׁבֶּתִים; sicut à דְּבָרִים, nisi quod sub prima litera vocis מְשֻׁבֶּת est Scheua compositum, quia aiin est litera Gutturalis. De formatione pluralis numeri à singulari, vide pag. 70. 17.

[מְשֻׁבֶּתְּהוּ] *et latentur.* Litera est Seruila, significatque hoc loco *et.*